20. — Legationem quoque ad Nos designatam valde mirantes accipimus. — Vides porro Carissime in Christo Fili Noster, quas Nobis Officij partes imponat Servitutis Nostrae ministerium, et quibus aeterno Judici rationibus obnoxij essemus, si contemptam ejusmodi Venerabilis Fratris personam et dignitatem violatam, Apostolatus Nostri reverentiam et Sanctuarij jura tueri et vindicare negligeremus. — In hac autem molestissima cogitatione ad Zelum Majestatis Tuae omnem, restituendae Nostrae tranquillitatis fiduciam conferrimus. — Te igitur magnopere hortamur, ut praeposterum Comitiorum Statutum revocandum omnino nitaris; neque enim aliter Legatos excipere, quod Sapientia Tua satis perspicit, neque silere in tanto Christi Fidelium scandalo integrum Nobis erit. — Rex autem Coelorum Religionem ac fortitudinem Tuam ad Sanctae Ecclesiae tutelam novis incrementis adaugeat, quae procul Dubio ad Regni Tui Regiaeque Domus felicitatem redundabit. — Ac Majestati Tuae Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. — Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die quarta Januarij 1727. — Pontificatus Nostri Anno Tertio. — — —

19.) Breve Apostolicum ad Regem Polo.

Benedictus PP. XIII. — Carissime in Christo Fili Noster! Salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum primum accepimus intolerandam Grodnensium Comitiorum Constitutionem, adversus Apostolicam hujus Sanctae Sedis authoritatem, et Venerabilis Fratris Vincentij Archiepiscopi Trapesuntini Ejusdem Sanctae Sedis apud Te Nuntij dignitatem, personam et merita, temere concepta; incredibili dolore perculsi sumus, pristinam praesertim Poloniae Gentis obedientiam ac reverentiam ac dignissimum Majestatis Tuae pro Sancta hac Romana Ecclesia studium animo repetentes. — Statim proinde Literas Nostrae molestiae et amaritudinis testes ad Majestatem Tuam dedimus, paterna fiducia freti fore ut talem Te in praeposteris coeptis emendandis haberemus qualem hactenus in Gentem cum Tui nominis et Regni gloria sensimus ac praedicavimus. — At dum acerbissimam Curam ea spes leniret; ex Regiae Epistolae significationibus et postulatis jam suscepti doloris, renovata sunt vulnera; quae neque silere Nos in tanta Apostolatus Nostri et Apostolici Nuntij injuria, neque ullum omittere solicitudinis et authoritatis officium sinunt: pro Tua tamen eximia virtute et filiali erga hanc Sanctam Sedem Nosque Ipsos observantia, proque amplissimi Regni pietate futurum plane confidimus, ut pravis consilijs abjectis deletisque Actis non minus Poloniae claritati quam Ministerio Nostro injuriosis, nova laudis incrementa ad sapientiae et Religionis Tuae celebri-

tatem

tatem accedant. ~ Coeterum ut Legatos quos innuis excipiamus, nisi post = —. — revocatam Comitiorum Constitutionem, neque Divini honoris ratio neque Ministerij Nostri debitum neque hujus Sanctae Sedis jura patiuntur. ~ Hoc igitur a Majestate Tua ob gravissimam quam Pastori Principi reddituri sumus rationem atque ob Regij Patrocinij obstrictam fidem deposcimus et expectamus, ne apud Posteros monumentum extet quo Religiosissima Polonorum Natio ab avita unquam reverentia decessisse videatur. – Quod rerum perperam gestarum remedium molestiaeque Nostrae solatium dum a Zelo Tuo praestolamur, Majestati Tuae Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. – Dat^a Romae ut supra d. 18. Januarij 1727. pontificatus Nostri Anno Tertio. ~ . — . ~

20.) De Monsieur le Baron de Puchet, à Son Excellence Monseigneur le Grand Chancelier de la Cou^e, de Rome le 25. Janvier 1727.

Par ma copie de la Relation pour Sa Majesté, Votre Excellence verra, que j'ai eu l'honneur d'etre admis à l'audience de Sa Sainteté, et ce qu'Elle m'a dit et comme Elle ne m'a pas laissé la liberté de pouvoir parler! – Je n'ay pas justifié la personne de votre Excellence auprès de Sa Sainteté comme je l'ay fait auprès du Cardinal Lercari, qui m'a asseuré qu'il rectifieroit le Pape sur votre sujet, mais que rien plus pourroit justifier votre personne: que si Elle se daignoit procurer la revocation de l'Interdiction de la Nonciature et l'abolition de la Constitution. ~ Je representois à Son Eminence, que je prevoyois une difficulté insurmontable à satisfaire à cela; vii que personne au monde pas meme le Roy ne pouvoit faire revoquer ou annuller ce qu'une fois les Etats de la Republique avoient etablis dans une Diette: à quoi Son Eminence repondit. „Credete Mi bassa che il Sig^r „Grand Chancelliere vogli mettere in use la Sua Authorita et alta capacita, que trou„vera ben il modo di sodisfare al vivo desiderio di Sua Santita: scrivetegli con vi„gore mentre que tal operato ei data atutti ample campo di fargliene un me„rito segna lato presso la Santita Sua et tutti il Sagre Collegio et ei mettera „in stato di compiacere poi alle richesse delli Stati della Republica nella rivo„cazione del Nuntio et destinatione d'un altro; anche con magiori facolta per „terminare le differenze del Jus-Patronate." — . Ce sont Monseigneur les paroles que m'a dites le Cardinal Lercari. – J'attend l'honeur de Vos ordres et suis æte.

21.) Relation au Roy, de Rome par le Baron de Puchet, de meme date. ~ . — .

Selon ce que j'eus l'honneur d'ecrire à Votre Majesté la semaine passée que j'esperois d'avoir l'audience de Sa Sainteté le Vendredi suivant, je fus effectivement

hier admis. – Et Sa Sainteté sans me donner le tems de faire les reverences accoutumées me demanda: quelle nouvelle confusion on avoit fait à Varsovie avec le Tribunal de la Nonciature? – Je lui repondis, que je ne savois pas qu'il fut rien survenu avec le Tribunal de la Nonciature depuis l'Interdiction qu'on avoit eté obligé d'en faire en execution des resolutions prises par les Etats de la Republique. – Sa Sainteté reprit; Nous avions des nouvelles que cette belle Interdiction avoit eté revoquée, et cela nous avoit infinement consolé, mais par les Lettres d'hier nous avons appris qu'on avoit de nouveau ignominieusement interdit ce Tribunal: cela nous penetre le coeur de voir qu'une Nation qui par le passé a donné tant des marques de sa pieté et de son Zele pour le Saint-Siege se soit aujourdhui emancipée jusques à se moquer et fouler aux pieds l'autorité et l'honneur du Saint Siege: mais ce qui Nous surprend le plus, que le Ministere de Sa Majesté ait pu donner main à l'execution d'une telle ignominiosité et surtout le Comte Szembek Grand Chancelier du Royaume du quel le Cardinal St Clement le Comte de Lagnasc et vous meme au commencement de Notre avenement au Pontificat nous avez exageré la pieté, le zele et son attachement inviolable pour le Saint Siege, ce qui faisoit que nous n'ajoutions aucune foi à ce qu'on en ecrivoit et disoit de contraire. – Aujourdhui je vois que Nous sommes trompés; et nous sommes dans la resolution de ne plus differer l'execution des resolutions que la gloire, le maintien de l'autorité du St Siege et notre devoir indispensable nous prescrivent, afin d'obliger le Ministere de Sa Majesté à revoquer cette Interdiction de la Nonciature et à abolir la Constitution établie pour l'envoye de l'Ambassadeur, que Nous ne voulons point recevoir autrement si la Republique et le Ministere etoient peu contents du Nonce et de son procedé. – Le Saint Siege et Notre Personne meritoient bien qu'on en eut agit autrement, et on pouvoit bien sans l'etablissement des Constitutions si ignominieuses au Saint Siege resoudre la Deputation d'une Ambassade et sans interdire la Nonciature demander la revocation du Nonce. – Nous aurions alors avec plaisir satisfait aux souhaits du Roy et de la Republique: mais presentement nous ne pouvons pas absolument le faire sans la revocation et abolition de l'une et l'autre; outre que Notre authorité et Notre devoir nous obligent à fulminer les Censures contre ceux qui ont donné main à l'execution des dites resolutions. – Nous sommes au reste fort scandalisés du Primat et des Eveques qui ont permis des telles absurdités, lorsque leur devoir les obligeoit à tout risquer pour empecher ces sortes des resolutions! – Non, nous ne saurions jamais croire, et nous voyons présentement

avec

avec un douleur inexprimable que les Polonois ont fort degeneré de leurs — . Ancetres ! — . — . Comme je voulois repondre à Sa Sainteté qui me paroissoit avoir fini son discours, Elle me fit signe de me taire et reprit : — . — . Le Cardinal Lercari m'a remit la Lettre du Roy, par laquelle il demande la revocation du Nonce et la substitution d'un autre : nous l'aurions satisfait si les choses ne fussent point dans l'etat où elles se trouvent : mais presentement cela n'est point en notre pouvoir, à moins que Sa Majesté ne fasse revoquer et annuller ce qui blesse et l'autorité du Saint Siege et la Notre : cela etant suivi, nous tacherons de donner à Sa Majesté tout le consentement. — . — . Comme je voulois prendre la parole, Sa Sainteté reprit de nouveau le discours : — . — . Nous savons deja toutes les raisons que vous pourriez nous alleguer pour la justification du Roy et de la Republique, des Eveques et du Ministere ! — Les Cardinaux St Clement et Lercary nous ont suffisament representé, que l'authorité du Roy en Pologne est limitée, et qu'il s'etoit trouvé obligé de menager et seconder les resolutions des Etats de la Republique : que les Etats de la Republique mecontents du Nonce avoient eté comme forcés : et le Ministere obligé à executer ce qui lui avoit eté préscrit par les Etats de la Republique. Ces raisons là ne Nous satisfont point assez pour nous obliger à ne nous point ressentir, et à ne pas pretendre l'abolition des dites Constitutions. — Nous vous redisons, que nous y sommes obligés par devoir et conscience, et tout ce que nous pouvons faire pour donner une marque reelle du bon coeur et tendresse que nous voulons bien encore avoir, c'est de suspendre les Censures dans l'esperance que le Roy et la Republique nous donneront sans delai la satisfaction que nous desirons et nous nous mettrons par là en etat de les satisfaire aussi de Notre coté. — . — . Je repondu à Sa Sainteté que je n'aurois pas manqué de representer à Votre Majesté les Sentiments de Sa Sainteté. — Que je la suppliois de vouloir bien étre persuadée, que les Etats de la Republique n'avoient jamais eu en vüe de blesser l'autorité du Saint Siege par les Constitutions etablies dans la Diette de Grodno ; comme je voulois continuer Sa Sainteté m'interrompit me disant : — . — . Toutes les raisons que vous pourriez m'alleguer ne peuvent justifier le procedé de votre Cour : elle s'est trop emancipée : vous avez entendu Nos sentiments : procurez qu'on nous donne satisfaction, et nous serons amis comme par le passé : et donnerons des preuves reelles de Notre amour vers la Republique. — Ensuite Sa Sainteté aprés s'etre informée de l'etat de la Santé de votre Majesté, et temoignée la satisfaction qu'elle avoit de sa Convalescence pour laquelle elle m'assura qu'elle s'interessoit tres particulierement et avoit celebrée plusieurs fois le Sacrifice de la Sainte Messe, elle

sont

sona la clochette et me congedia me disant: que j'allasent chez le Cardinal Lercari, qui me confirmeroit ce qu'elle venoit de me dire. — . ~ . —.

=Effectivement le Cardinal me repeta les Sentiments du Pape: et m'asura qu'à moins que Votre Majesté et Son Ministere ne fit revoquer et abolir les Constitutions dont il est question, qu'il prevoyoit que Sa Saintelé procederoit aux Censures; mais que si au contraire Votre Majesté donnoit la satisfaction que Sa Saintelé demandoit on auroit bien d'esperer que le Pape de son cotè donneroit à Votre Majesté et aux Etats de la Republique celle qu'on auroit legitimment pu esperer. ~ Au reste ce n'eft pas peu que j'ay pu adoucir l'esprit du Pape, qui vouloit en toute maniere fulminer les Censures: il ne vouloit pas meme recevoir la lettre du Roy que Vous me remittes la semaine paſsée, et si ne l'avois pas prises, Dieu sait, s'il l'eut voulu recevoir de Nous. nous avons beaucoup fait de le disposer à donner le tems d'ecrire et d'attendre les reponses de votre Cour. mais au nom de Dieu procurez, que ces Reponses soyent favorables: autrement, il n'y aura plus moyen de retenir les resolutions ni toutes les raisons ou justification du monde pourront l'en detourner. — . — Je voulus tenter auprés de ce Cardinal de Collation de l'Abbaye de Mogila pour Mr le Vice-Chancelier: mais il me repondit, que ce n'etoit pas le tems de demander des graces lorsque le Pape etoit irrité: que de lui en parler, il falloit laiſser paſser quelque tems avant; que la suite des affaires nous donneroit peut etre le moyen de pouvoir faire avec plus de facilité que non pas la conjoncture presente qui pourroit etre plus nuisible qu'avantageuse cete. ~ . — . ~ . — . ~.

22.) Informatio data Magnifico Dambski Palatinidae Brestensi Cujaviae Romam discedenti. ~ . — . –

Nos Ministri Status Regni Poloniae prosequentes omni gratitudine promptitudinem Magnifici Domini Casimiri Dąmbski Palatinidae Brestensis Cujaviae, quod cum Expeditione publica in materia gravi ac urgenti se resolverit iter Romam arripere, et hoc obsequium meritorium Ipsi coram tota Republica fore spondentes, praesertim ad observandum Eidem damus Informationem.

=1°) Accepta Varsaviae integra Expeditione, in Nomine Domini festinabit per postam gressus Suos Romam. — . — . 2°) Ibi feliciter constitutus, adibit statim Generosum Dominum Baronem Puchet, Eidemque consignabit Literas quae sunt ad Ipsum directae. — . — . 3°) Urgebit ut Expeditiones Sibi concreditas cum adminiculo applicationis Ejusdem Domini Baronis incunctanter consignare possit: primo directam ad Eminentissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem Lercari

Secretarium

=Secretarium Status; item ad Eminentissimum et Reverendissimum = —. =Dominum Cardinalem Coscia, idque Ipsemet personaliter ad Manus Suarū Eminentiarum. —. —. 4°) Curabit ut Literas etiam ad Sanctissimum Dominū Nostrum circa oscula pedum Ipsemet personaliter reddat. – Quodsi id efficere nequiverit, tradet eas et commendabit incunctanter Suae Sanctitati reddendas per Manus Eminentissimi Dñi Cardinalis Protectoris. —. —. 5°) Quodsi interrogatus fuerit de Actis in Polonia cum Illustrissimo Domino Nuntio Apostolico, in omni modestia poterit respondere et tanquam Nuntius ad proxime practerita Comitia Regni Generalia recte informare, quod in Stuba Nuntiorum Terrestrium lecta fuerint Acta cum Eodem Illustrissimo Domino Nuntio Apostolico sicuti et cum alijs extraneis Potentiarum Ministris, et quod auditis ac perpensis hujusmodi Actis varijsque per Nuntios Terrestres querimonijs contra abusum exercitij Jurisdictionis in extraditis ad Tribunal Regni Generale Inhibitionibus, tum ad alia Subsellia, tum in usurpatione cognitionis et decisionis Causarum mere Civilium prout sunt causae Limitum etc; denique improbato modo agendi cum contemptu Nationis per Eundē Illustrissimum Nuntium usitato, quatenus mens et Consilium Ejusdem Stubae omnibus patefacta esset, statim ibidem formata est Constitutio Legationis ad Summum Pontificem et lecta est publice tribus vicibus, accedente universali assensu nemine B contradicente; subindeque omnes Nuntij stipulatam manum dederunt hujusmodi Constitutionem una cum alijs publicis se manutenturos in plenis Ordinibus Reipublicae, quod subsequenter effectuaverunt recedentibus nonnullis Senatoribus ab oppositione evitantibus maximum periculum imminens Sae Religioni et Ecclesiae Polonae ex ruptura Comitiorum. ~ Poterit denique informare, quodsi quae sunt missae aliae Romam relationes, imputando quod Authores fuerint tantum nonnulli hujus Constitutionis, sint falsae et sinistrae. ~ —. —. 6°) Tam ex itinere quam Romā de omnibus denunciabit per postam in Literis Suis, quas diriget ad Illustrissimum et Excellentissimum Dominum Supremum Regni Mareschallum, vel ad Illm et Exclm Dñum Supremum Regni Cancellarium, vel ad Illustrissimum et Excellentissimum Dominum Supremum Regni Thesaurarium. —. —. 7°) Romae urgebit indilata favorabilia Responsa, quibus receptis itidem per postam maturabit quantocyus reditum suum Varsaviam. – Dabantur Varsaviae die 4. Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Septimo. —. ~. —.

=J. Mniszech Supremus Regni= Mareschallus. —. —.
=J. Szembek Sup. Rñi Cancellarius. –

=J. Przebendowski Sup. Rñi Thesaurarius
=Steph. Potocki Mareschallus Curiae Regni. ~. —.

23.) Rationes et motiva quæ permoverunt Universos Status Reipubcæ ad ferendam et promulgandam Constitutionem Instantiæ pro revocatione Illmi et Rndi Dñi Nuntij Santini. ~ . -

=1a) Quemadmodum Illmus et Rvdmus Dñus Santini Nuntius Apostolicus post adventum Suum ad Regnum Poloniae extradiderat in publicum quoddam scriptum contra Jus Patronatus Majestaticum Coronae; quo Scripto concitaverat Monachos ad arrogantes usurpationes Abbatiarum vacantium in convulsionem Legum Regni: ſ: hoc Scriptum videatur sub Litera A fol. :/ ita et postmodum modus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Nuntij tractandi hoc negotium fuit indebitus et laesivus contra respectum Sae Regiae Majestatis et Reipublicae cum offensione Ministeriorum Status et aliorum prout patet in memorialibus et Responsis Ipsius sub L. B. fol. ~ . — . ~ . — . -

=2a) Abusus in exercitio Jurisdictionis prout sub Lit C. fol. ~ . -

=3a) Quod cum ab alijs Aulis Externis Ministri Legati et Ablegati advenerint Grodnam pro Comitijs; Illmus et Rndmus Dñus Nuncijus quamvis habuerit in ultimario Responso a Sacra Regia Majestate prout sub Lit. D. fol. dato ad Ipsius memoriale Cathegoricam declarationem, quod S. Reg. Mjstas omnes Ipsius in eodem Memoriali expressas objectiones, suppositiones et illationes, Ministeria Status et Senatum tangentes, remiserit ad Reassumptionem Comitiorum Regni Generalium pro ampliori Responsione et Resolutione; quamvis Idem Illmus et Rndmus Dñus Nuncijus fuerit invitatus tempestive a Sacra Regia Majestate per Suae Majestatis Ministros quatenus Grodnam proficisceretur prout id patet ex Responso Suae Majestatis ad Ipsius Literas sub Lit. E. fol , nihilominus tamen in ijsdem Comitijs non comparuit: quam Ipsius absentiam Status Reipublicae congregati pro documento postpositionis interpretati sunt. — . ~ . — . ~ . — . ~ . —.

=4a) Quod Status Reipublicae in Comitijs congregati, non videntes Responsum Sanctissimi Domini Nostri ad Literas Sac. Regiae Mjstis per Illmum Dñum Comitem de Lagnasc directas quae sunt sub Litera F. fol. ; habentes deinde certam relationem qualiter Idem Illmus et Revdmus Dñus Nuncius non solum per scripta Sua sed etiam per Informationes quas ad Urbem mittebat expresserit, ac si defensio Jurium Patronatus fuerit ex particulari studio nonnullarum personarum non autem ex mente Sae Regiae Mjstis et Reipublicae; justum porro habentes metum ne similes ulterius fiant ad Curiam Romanam Informationes, neve irritos faciant desideratos Legationis magnae effectus, omnino debuerunt Idem Ordines Reipublicae inserere Constitutioni hujusmodi Instantiam pro Relegatione dicti Illustrissimi et

Reveren

Reverendissimi Dñi Nuncij, maxime cum aliter nullatenus potuerit = —. —.
constare Sanctissimo Domino Nostro mens totius Reipublicae, quandoquidem non aliàs nec aliter debet determinari nisi per Constitutionem publicam. ~. —.

24.) Ad Sanctissimum Dominum, a Ministris Statûs Regni Poloniae, Varsaviâ die 4. Februarij 1727. Anno. ~.

Post Oscula Beatorum pedum Sanctitatis Vestrae. – Quamvis minime dubitemus jam hucusque sufficienter informatam esse Sanctitatem Vestram de felici exitu Comitiorum Regni Poloniae novissime Grodnae conclusorum, et destinata ad Solium Ejus Pontificium Legatione Magna; imo favorabilem in momenta ex clementia et justitia Ejus resolutionem circa Revocationem Rndmi Dñi Santini Archiepiscopi Trapesuntini Nuncij Sui et substitutionem alterius Ministri Apostolici ad Supplicationem Suae Regiae Mjstis Dñi Nri Clmtmi nomine publico omnium Ordinum Reipublicae nuper consignatam sollicite expectemus: nihilominus ne ex una parte a Statibus hujus Reipublicae in tam materia gravi et urgenti de remissione et omissione debitae Diligentiae pro Munere Ministerij Nostri arguamur, ex altera vero ne locum praeoccupationi sinistrarum Relationum aut interpretationum concessisse videamur, provoluti ad Sacros pedes Beatitudinis Vestrae, Eminentissimis Ministris Jllius ac Eminentissimo Cardinali Protectori istius Regni per expressum quaedam communicanda et representanda succincte et nervose pro Informatione certa et indubitabili transmittere duximus; ut tanto facilius tam praedictum desiderium publicum votivum sortiatur effectum, quam ut eò celerius designata magna Legatio sese sistat ante Sacram Majestatem Sanctitatis Vestrae debitum Reverentialis Submissionis praestitura homagium, quod praeventiva Nos Ministri Status hujus Regni anticipantes adoratione, sumus Sanctitatis Vestrae Devotissimi et humillimi Servi. ~. —. —. ~. —. ~. —.

=J Mniszech Supr. Rgni Pol. Mareschal.
=J Szembek Sup. Rñi pol. Cancellarius.
=J Przebendowski Sup. Rñi p. Thesaurarius
=S. Potocki Curiae Rñi Mareschallus..

25.) Ad Cardinalem Protectorem Regni, ab Eisdem; sub data ut supra. ~.

Eminentissime ac Reverendissime Domine, Domine Patrone Colendissime! ~.
Confidentes firmiter validissimo et efficacissimo Patrocinio Eminentiae Vestrae tanquam benignissimi Protectoris hujus Regni; negotium publicum Ejusdem alias jam per Literas Regias nomine omnium Ordinum Sanctitati Suae representatum, intuitu Revocationis moderni Nuntij et substitutionis alterius, ex motivis justis ac insuperabilibus, iterum cum omnimoda veneratione ex nexu Ministerij Nostri

recommendare

—. =recommendare per expressum cogimur, communicando totius Expeditionis seriem in adjunctis folijs, simulque implorando assistricem Ejus Sapientiam ac potentiam in urbe Romana, ut desideratam obtineamus resolutionem ac satisfactionem. ~ Quam infallibiliter ex Bonitate et Applicatione Suprema Eminentiae Vestrae suspirantes et sperantes, omni imaginabili cultu sumus. ~ Varsaviae.

=humillimi Servi. ~. —. Fidem qui supra. ~. —. —.

26.) Ad Cardinalem Lercari Secretarium Status, Fidem qui supra.

Promotio Eminentiae Vrae primario ad Supremum Ministerium Secretariatus Status, deinde ad Cardinalitiam dignitatem, eo sensibiliori Nos replevit gaudio et consolatione, eoque majori applausu gratulamur Eminentiae Vestrae hos Eminentissimos Gradus, quo magis compertum est Nobis Eminentiam Vestram habuisse a multo ante tempore occasiones promerendi Sibi hanc gratiam et respectum Sanctissimi Domini Nostri adhuc ante Exaltationem Suae Sanctitatis ad Summum Pontificatum: hincque Spem infallibilem habuimus et habemus eo strictiori nexu Eminentiam Vestram adstrictam esse Sanctissimo Domino Nostro, et eo ardentiori zelo et affectu prosequi personam et Regimen Suae Sanctitatis, ad majorem Dei gloriam, Religionis et Ecclesiae emolumentum, omnium Regnorum ac Dominiorum Orthodoxorum in universum et in particulari Nostri Regni Poloniae solatium et utilitatem, tum ad prosperam in aeternitatem temporum presentis Pontificatus memoriam. ~ In hac itaque fiducia quam jure merito reponimus in dignissima Eminentiae Vestrae persona, recurrimus per presentes ad Eminentiam Vestram cum contestatione omnigenae observantiae Nostrae, et ex occasione Sancitae in proxime praeteritis Comitijs Regni Generalibus Constitutionis sub titulo Legatio ad Summum Pontificem etc, sincerum cor non tantum Nostrum sed etiam totius Reipublicae in omni veritate, plenumque reverentiae et venerationis erga Sm Sedem, nec cuiquam cedens in singulari erga tam Sanctum Pontificem submissione ac filiali amore patefacientes; mittimus Eminentiae Vestrae in annexis vera motiva quae ad memoratam Constitutionem induxerunt congregatos Status Reipublicae Universos instantissime rogantes Eminentiam Vestram, quatenus dignetur eadem exponere Sanctissimo Dño Nostro; certique existentes, quod quemadmodum nunquam deventum fuisset ad hujusmodi Constitutionem si in tempore facta fuisset fidelis relatio Actorum quae hic in annexis Eminentiae Vestrae patebunt, praevenisset enim Sua Sanctitas Sapientia et

provide

providentia Sua tales consequentias; ita modo perpensis rationibus Reipu-
blicae satisfaciet desiderijs Illius in Literis Suae Regiae Majestatis Domini Nri
Clementissimi jam transmissis expresso, intuitu Revocationis indilatae dicti Illmi
et Rndmi Dni Nuntij et Alterius in locum Illius substitutionis. ~ Vivit Deus,
quod non ulla animositas fuit, neque sit in causa ad hujusmodi petitionem Sancti-
ssimo Domino Nostro exponendam, sed ratio Fidei Sanctae, Ecclesiae Dei, Ipsiusmet
Sncti Dni Nostri, non solum Status Patriae Nostrae. ~ Et quamvis Illmus
et Rndmus Dnus Nuntius in Literis Suis ad Celsissimos Illmos et Rndmos
Dominos Archiepiscopos et Episcopos Regni hujus datis, multo magis in Scripto
Suo sub titulo „Epistola Nuntij Apostolici in Regno Poloniae ad Amicum"
justam praebuerit occasionem ad dolorem et ad demonstrandum eundem per pra-
dicatas secundum jura gentium resolutiones et per adaequata Responsa ad hu-
jusmodi Scripta, Collisiones inter Status, diffidentias inter Cives, fomenta contra
Ministeria, perturbationem denique publicae quietis, seminantia; nihilominus
tamen evitando occasiones ulterius scandali et dandi solatij haeterodoxis tam
in hoc Regno quam alibi, continuemus animos et pennas et quantum in Nobis
est obviamus ne ijsdem Scriptis a quopiam respondeatur, in fiducia justae a Sua
Sanctitate animadversionis, recursum facientes ad fontem solatij Nostri ad Ip-
summet Sanctissimum Dominum Nostrum tanquam Patrem Universalem
per Eminentiam Vestram, et in omni realitate ea quae non sine dolore sensi-
bilia fuerunt et sunt Reipublicae deferimus, medelam expectantes mediante
opera Eminentiae Vestrae: dummodo gratia Suae Sanctitatis accesserit accommo-
dandi favorabiliter publici totius Reipublicae desiderij per revocationem dicti
Illmi et Rvndmi Dni Nuntij et substitutionem alterius; et quatenus exinde
Legatus magnus Suae Regiae Majestatis et Reipublicae claritudine generis et
meritis insignis possit in Urbe comparere, omnes hujus incidentis circumstan-
tiae luculentius patebunt Suae Sanctitati, quod Status Reipublicae per omnes
rationes debuerunt hanc resolutionem sumere, tum Mareschalcalis Regni Juris-
dictio juxta hujusmodi Constitutionem et secundum gradus in Conferentia Se-
natus ac Ministrorum Status et Belli prescriptos procedere et prohibere procu-
ratoribus causarum ne causas promoveant, arcendo hoc exercitium presentis
Jurisdictionis quod Respublica pro praejudicioso et gravaminoso agnovit usque
ad Substitutionem adventumque alterius Illmi et Rndmi Dni Nuntij Apo-
stolici. ~. Frustra Illmus et Rvndmus Dnus Santini investigat Authores

prefato

—„— =praefatae Constitutionis! frustra suas format et lactat intentiones et idœas in sinistris et malitiosis relationibus! Authores hujus Constitutionis sunt universi Status Reipublicae in Comitijs Generalibus congregati: et quilibet bonus Patriae Civis cognoscens et amans Statum, post legem latam in quam ferendam consensit, non potest sine rubore contra eandem loqui, sed tenetur eandem manutenere sine ulla interpretatione: quilibet autem ad quem pertinet eandem executioni mandare. ~ Postquam vero dictus Legatus Magnus advenerit Romam, certò certius Sua Sanctitas cognoscet, quod omnes hæ intervenientiae facile pacificabuntur et accommodabuntur ad gloriam Domini Dei Nostri, ad majus bonum Ecclesiae Ejus et Fidei Sanctae in hocce Regno cum immortali gloria Sanctissimi Domini Nostri et copiosa mercede in coelis. ~ De coetero, gratiæ Eminentiae Vestræ Nos commendantes manemus etc. ~ . —: ~.

27.) Ad Cardinalem Coscia, ab =Jisdem. ~ —.—

Universalis totius Orbis Christiani de preclarissimis virtutibus ac meritis Eminentiae Vestræ fama, Nos quoque licet remotiores situ propiores tamen sincero cultu impellit non solum ad recognoscendam hujusmodi existimationem communem sed etiam ad implorandam opem particularem Eminentiæ Vestræ in negotio Regni Poloniæ publico, quod Eminentissimis Cardinalibus Lercari Secretario Status et Albani Protectori Ejusdem Regni per expressum graphice ac distinctim representamus: supplicantes urgentissimæ Eminentiæ Vestræ, ut validissimo suo Consilio et auxilio apud Sanctissimum Dominum Nostrum, preces totius Reipublicae exauditas, consolatas et satisfactas reddere dignetur in substituendo alio Nuntio Apostolico in locum immediati. ~ Denique cum profundissimo cultu sumus. etc. Varsaviæ. Jidem qui supra. ~

28.) Do JmPana Barona Puchetta od Tychże Jchmc Panow Ministrow Status. ~.

Uważając potrzebę, aby Curia Romana jako nayprędzey informowana była należycie w zachodzących ex occasione novellae legis sub titulo „Poselstwo do „Oyca Swiętego" etc. interweniencyach, zażywamy ad hunc effectum ochotney ad usus publicos applikacyi JmPana Wojewodzica Brzeskiego-Kujawskiego, y przez niego ordynujemy do Oyca Sº. do Kardynałow Jchmciów Listy Nasze. — Wiadoma jest WMmPanu importantia negotij; znajoma zacność Tego Kawalera; a zatym niewątpiemy że Mu we wszystkim dopomożesz żeby y te Expedycye

mógł

mógł nieodwłocznie poddawać y Responsa ad satisfactionem publicam = odebrać, z wszelką zacności Imienia Jego przyzwoitą distinkcyą. ~ Co gdy usilnie WmnPanu zalecamy, to przydajemy z prawdziwey ku Wierze S. et erga S. Sedem żarliwości, we wszelkiey rzetelności y poufałości ad repraesentandum in secreto Colloquio z Kardynałami Jchmciami do których piszemy: że jeżeliby niemiała nastąpić rezolucya od Oyca S. ad vota publica, nietylko Legacya naznaczona do Rzymu nieposzłaby ale y My cum Ministris Belli musielibyśmy przystąpić ad executionem Legum antiquarum et novellae która dotąd zatrzymaliśmy y zatrzymujemy in fiducia pożądanego sprawiedliwego przez Oyca S. ukontentowania desiderij per Instantiam Jego Król. Mci Pana Ngo Mitd. ex mente Ordinum expressi in revocatione indilata JmXa Nuncyusza teraznieyszego et in substitutione inszego. ~ Rekomendując iterum atque iterum JmPana Wojewodzica curae et activitati WmnPana zostajemy cetc. —. ~. —. ~. —. ~.

29.) Relatio Actorum cum Curia Romana pro Informatione Romam per Magnificum Dominum Dąmbski missa. –

In Anno 1724. die 21. Novembris. – Illustrissimi, Excellmi ac Magnifici Dñi Deputati ex Senatorio et Equestri Ordine per Constitutionem Comitiorum Regni Generalium in Conferentia cum Illmo Excllmo ac Rndmo Dño Vincentio Santini Nuncio Apostolico proposuerunt in verbo pretensiones presertim ratione Juris-Patronatus. ~ Post concertationes declaravit Illmus Dñus Nuncijus dare in Scripto sua puncta in ordine ad Concordiam ratione Abbatiarum. – Quae puncta expost dedit tenore sequenti ut infra. – praesentes autem in hac Conferentia fuere: Celsissimi, Illustrissimi et Magnifici: ~. —. ~. —.

Ex Senatu,

= Princeps Palatin. Cracoviensis.
= Princeps Castellanus Vilnensis.
Dñus Palatinus Siradiensis.
= Dñus Palatinus Lublinensis.
= D. Palatinus Polocensis. –
= D. Thesaurarius Regni Supremus. –
et Dominus Vice-Cancellarius Magni Ducatus Lithvaniae. ~.

Ex Equestri Ordine. ~

= D. Thesaurarius Curiae Regni.
= Princeps Capitaneus Premisliensis. ~. —.
= D. Succamerarius.
= D. Capitaneus Cracoviensis. —.
= D. Capitaneus Lidensis; et alij.

= Puncta Illmi et Rndmi Santini Nuntij Apostolici Lit. A.
1º In ijs Monasterijs cetc cetc. prout inserta sunt in Protocollo Anni 172 fol.
= Ad haec puncta datum est Responsum ex parte Reipublicae, adjun:

=adjunctaeque rationes Status excludentes insinuatas propositiones
=respectu Abbatum Claustralium de novo erigendorum, itidem inser=
=tum in Protocollo ut supra fol . ~ . — . ~ . — . ~.

Hoc itaque Responsum ex parte Reipublicae Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Nuntius accepit ad referendum Curiae Romanae. —. ~ . —.

Supervenit expost notitia quod Romae in Congregatione lata sint Decreta exclu=dentia Jus Patronatus seu nominandi ad Praepositurum Miechoviensem, quae etiam inserta sunt in eodem Protocollo. —. ~ . — . ~ . — . ~.

Posthac ex mente S.ae R.ae Mtis per Mgficos Procancellarium M. D. Litt.e et Thesaurarium Regni Supremum, tradita sunt puncta Illustrissimo Domino Nuntio Varsaviae die 17. Novembris 1725. quae etiam reperiuntur in Protocollo.

=Ad haec puncta dedit Illustrissimus Dominus Nuntius Responsum Suum, quod insertum etiam in Protocollo. —. ~ . — . ~ . —.

Postmodum subsecutus est Congressus Senatus et in Conferentia illius ema=narunt sequentia hic inserta. —. ~ . — . ~ . — . ~ . —.

30.) A Sacra Regia Majestate, ad San=ctissimum. —. ~ . — . —.

Post oscula etc ~. Quanto impensius post suscepta Regni gubernacula cum inclytis his Gentibus constanti studio et conatu semper et in moderna rerum isthic ab Heterodoxis perturbatione de Religione Sancta Orthodoxa benemereri contendo, tanto sensibilius devotum Sanctae Sedi animum Meum perstrinxit de=ducta in immediato Senatus Mei congressu Juvium Majestaticorum Coronae con=vulsio, tam ex praejudiciosa dispositione Abbatiarum quam ex Decretis Congre=gationis ratione Praepositurae Miechoviensis hactenus in controversiam non intrantis, tum ad Instantiam Dominicanorum Cracovienfium ratione hibernalis Contributionis in praejudicium Regni Status nuper Romae latis, manifeste pro=manans. ~ Id vero eo dolentius Mihi et Proceribus Regni Mei evenit, quod post inchoatam in ordine ad accommodationem respectu Juris-Patronatus differentiarum negotiationem, et post tradita ab utrinque puncta et accepta ad referendum Sancti=tati Vestrae sine praevio concordato nunc primum formando, hujusmodi Decreta jam sint promulgata. ~ Hac de re cum uberius Sanctitati Vestrae mentem Meam Magnificus Comes de Lagnasc Minister Meus exponet: ego per presentes circa contestationem filialis reverentiae pro obligatione mea qua ex vi Pactorum Conventorum teneor, ac urgentissimo Procerum Ejusdem Regni Mei impulsu, instan=tissime Sanctitati Vestrae supplico; quatenus supramentionata Decreta Congrega=tionis ad sinistras rationibus Status Regni Mei contrarias Monachorum ac Regu=larium Informationes emanata, tum Expeditiones Provisionum inauditam novitatem

importa

importantium quoad dictam Praeposituram Miechoviensem Abbatiasque: — . Tynecensem et Lubinensem aliasque in factis ante Concordata resolutionibus dispositas Authoritate Suprema tollere, cassare et revocare dignetur. ~ Ab aequitate et affectu Paterno tam Magni et vere Sanctissimi Pontificis, haec pro manutentione a longo tempore usu firmatorum, ac etiam per divae memoriae Praedecessores Sanctitatis vestrae servatorum dictorum Jurium, enixissimis precibus me obtenturum confido; et Apslcam implorans benedictionem maneo. Varsav. d. 18. Men. Martij 1726.

31.) Abusus et Praejudicia a Nunciatura Apostolica Juribus Majestaticis et Reipublicae Polonae, nec non Primatialibus Metropolitanis ac aliorum illata.

Primus Abusus Nunciaturae. ~ Quod Illustrissimus Dominus Santini Archiepiscopus Trapesuntinus, an in contemptum Collegij Episcopalis et Cleri, authoritatisq. metropolitanae Legationis natae praejudicium, Rndmum Dnum Ludovicum Tavini Auditorem a principio Nunciaturae Suae assumptum Presbiterum et maturi judicij /: an ex respectu Sanguinis sui :/ ab Auditorio amovit, et in locum Illius personam juvenem et Laicam Rndmum Dnum Josephum Palma assumpsit: licet aliàs Sacerdotes et Praelatos aliasque personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, viros practicos non scholasticos ac graves conformando se ad Cap. Statutum Lib. 1. ca. 3. de Rescriptis in Sexto Decretalium, exemploque Celsissimi Primatis et Illustrissimorum Dominorum Episcoporum, /: qui semper Praelatos Cathedrales, Officiales et Auditores Curiarum Suarum creare solent, et alij etiam notarios Consistoriorum Suorum in vestitu Clericali exeuntes habent :/, Illustrissimi Domini Nuntij constituere deberent: et praedictus Illrmus Dnus Santini assumere debuit. ~ Quale vero dedecus ac injuria Cleri et Saecularium personarum Jurisdictionumque ex ejusmodi assumptione abusiva subsecuta fuit infra patebit: in futurum vero ne fiat ejusmodi abusus praecavendum. — . ~ . — . ~ . — . ~ . -

Secundus Abusus. — Quod antecedanei Rndmi Auditores Nunciaturae et modernus Rndmus Palma praesumpserunt et praesumpsit sibi Jus quoddam exercendae Jurisdictionis, extra Regnum existente vel abscedente Illustrissimo Domino Nuntio, vicesgerentes se subscribendo. ~ Cum vero in Legatione electa est industria personae et a suscipiente acceptatae: ideo in Bullis ponitur ut per se exerceat Legationem non per alios: unde etiam Curia Galliae Anno 1519. admisit quidem Legationem Cardinalis Ambrosij, ut tamen Ipse nequeat dare in sua absentia aut alio praetextu alium vicarium aut substitutum cum pari Authoritate et facultate, ut habetur Tomo 2.

Liber

=Libertatum Ecclesiae Gallicanae Cap. 23. nº 27. ~. In nostra quoque Polonia Rdmus Dominus Bentonij Auditor Nunciaturae, post discessum olim extra Regnũ Eminentissimi Dñi Sancta Crucij, impeditus fuit in exercitio praetensae Jurisdictionis quae cessavit cum Illmo Suo Principali, per Illmum et Mgcum olim Stanislaum Lubomirski Supremum Regni Mareschallum, de tempore Serenissimi olim Joannis III. Regis poloniae; et dum contempsisset mandatum Regium et Mareschalcale, imposita fuit Custodia et militia Mareschalcalis debuitque intra 24. horas segui suum Principalem. ~ Post fata quoque Illmi Dñi Archinti, Auditor ipsius praefatus Rvdmus Dñus Favini non est ausus exercere Jurisdictionem, licet ipse sibi delegatam per Literas transmissam habuit ab Illmo Dño Santini Nuntio et Sede Apostolica, quousque Varsaviam non venerit et ab eo ad quem missus acceptatus non fuerit.- Moret quoque Hoppius lib.2. de Sacra Politia tit.4. nº 3. adjectum fuisse Senatus-Consulto Gallicano, Legatum de Latere tandiu agere in Provincia duntaxat non si Regno Francico semel exisse, aut quousque placuisset Principi. ~ Imo Legati in Regno Galliae jurare consueverunt, quod Legatione non utentur in Regno nisi quandiu Regiae libuerit voluntati: ideo ut cum primum certiores efficientur, quod Regiae voluntatis est ut amplius illa non utantur, statim cessare et desistere illa debebunt; ut describit Legerus loc. cit. ~. Quod modo Illmus Dñus Santini Archiepiscopus Trapesuntinus aegre fert in Literis Suis Circularibus ad Celsissimum Primatem et Illustrissimos Dños Episcopos de data 2. Januarij anni currentis 1727. scriptis; quod per novellam Legem publicam Grodnensem Majestas et Respublica supplicare commisit, ut revocetur, executioque respectu abusuum Nunciaturae Illmis Dñis Regni Mareschallis commissa est, qui occurrendo abusui multoties etiam de recenti comisso inhaerendo eidem novellae Legi et Resultato Senatus-Consilij Conferentiarumque Grodnensium illud ad executionem deduxerunt, denuntiando Gnoso Cancellario Nunciaturae et Procuratoribus Causarum quod jam cessaverit officium seu Ministerium Illmi Dñi Nuntij cessante Consensu Suscipientium et quod sic placuit Majestati et Reipublicae cum expressa ne audeant ad Judicia accedere inhibitione, vi consuetudinis aliorum Regnorum in quibus in simili casu non ausi sunt Illmi Dñi Nuntij querelari coram Sede Apostolica, prout eo fine memoratus Dñus Santini conquisivit erronea testimonia a Procuratoribus noviter admissis et Jura aliorum Regnorum et Statum politicum ignorantibus atque contra Majestatem, Rempublicam et Ministerium Regni deponere testimonia non valentibus super ac si praepedita Jurisdictione, quae jam ipso facto post latam Legem et ad notitiam deductam cessavit. ~

Tertius

Tertius Abusus. ~. Quod non solum Reverendissimi Domini Auditores = —. Nunciaturae praesumunt sibi jus exercendae Jurisdictionis, extra Regnum existente vel abscedente Illmo Dño Nuntio, verum etiam et Ipsimet Illustrmi Dñi Nuncij antecedanei posthac Emntrni nuper defuncti Spada et Piazza praesumpserunt extra Regnum in Silesia Opaviae exercere Jurisdictionem Suam, et causas a Regni Poloniae Consistorijs evocarunt: quod ne amplius etiam stantibus guerris et bellorum tempestatibus fiat, serio praecavendum. ~. —. ~. —. ~.

Quartus Abusus. ~ Breve Urbani Papae VIII. Anni 1634. de foro in Criminalibus, in Constitutionibus Synodalibus Wężykovianis per S. Sedem Apostolicam approbatis, insertum, sat clare edisserit ut tres tantum sint Instantiae: prima Ordinarij, secunda Metropolitani, tertia Nunciaturae. ~ Et Constitutio Regni Anni 1635. forū personarum Equestris ordinis cum Spiritualibus in personalibus Criminalibus Regni et Magni Ducatus Lithuaniae, ne in Criminalibus per Appellationes ad Curiam Romanam aggraventur Poloni, praescripsit intra Regnum forum trinarium instantiarum ad tenorem ejusdem Brevis. ~ Huic tamen Brevi, Constitutionibus Synodalibus, et Legi Regni, derogavit moderna Nunciatura judicando causa Criminalem inter Magnificum Krasnodębski Judicem Terrestrem Drohiciensem et Perillustrem Krasowski Canonicum Varsaviensem omissa secunda Instantia Judicij Metropolitani Gnesnensis et deferendo Appellationi ad Curiam Romanam: in Actis Nunciaturae. ~ Et in altera causa inter Perillustrem Humański Canonicum Varsaviensem et Fortuński; licet 1722. observaverit Instantias, causa tamen eadem Criminalis ultra tres instantias in varijs Consistorijs Curiae Romanae aliquot annis agitata fuit. ~ Imposterum, supplicandum pro observantia ejusdem Legis, sub poenis contra Cortesanos. —. ~. —. ~. —. ~. —.

Quintus Abusus. Illustrissimus Dominus Nuntius Santini nunquam visus est sedens pro Tribunali Suo, sed praedictus Rndmus Dñus Auditor Ejus omnimodam habuit potestatem exercendae Jurisdictionis: cum tamen majoris importantiae causas Illmorū Episcoporum et Eorum Fiscalium Senatorumque Regni judicare debuisset: et Succedanei Illustrmi Domini Nuntij deberent, et quidem non solius Auditoris consilio freti sed adhibitis et adjunctis praesertim in causis Criminalibus jurium et consuetudinum patriae gnaris ex Capitulis Cathedralibus assumendis: et aminori ad majus S. Concil. Trident. Sess. 25. cap. 6. jure merito applicandum et a Sanctitate Sua declarandum est. ~. —.

Sextus Abusus. ~. Rvrndmus Dñus Palma Auditor, s: parcendo calamo

„ — = calamo de Antecessoribus ejus: /, Leges publicas convulsit conniverte Illustrissimo Dño Nuntio; in cognitionem Privilegiorum et Decretorum Regiorum, Commissariorum Reipublicae intravit; causas mere Civiles et que concernunt Privilegia, Decreta Regia, et Leges Regni judicavit; Jurisdictiones omnes Saeculares etiam Supremas confudit; Decreta Supremi Tribunalis Secularis Judicij partim explicite partim implicite cassavit et pro nullis declaravit; usurpando Sibi supra Regem et Rempublicam potestatem majorem, praesumendo Sibi omnia licere ex vinculo cum Illmo Suo Principali habito et ex peculiari ipsius conniventia; et non solum confudit Jurisdictiones verum et collisiones fecit et ad indignationes provocavit. ~ . —. Et inprimis Illrmum Dnum Episcopum Cracoviensem, in privata certa causa Decanatus Cracoviensis Collegiatae Sanctorum omnium coram Delegato Apostolico vertente, ob non attentam per Fiscalem Ejus et Illrem Ceypler protunc Notarium Curiae Episcopalis Cracoviensis Inhibitionem provisionalem a Nunciatura contra decisiones Rotales impediendo Superioris Judicij Delegati Jurisdictionem exportatam, cur excõmunicari non debeat? directe citari mandavit Anno 1723.: quod exposit Decretum tanquam irregulare et SS. Canonibus repugnans ab Illmo Auditore Sanctissimi cassatum fuit, monita Nunciatura ne similes Provisionales Inhibitiones extradat. — „ — . Alteriusque Illrmum Dnum Episcopum Culmensem, Anno 1726. in causa Civili debiti florenº 500. ex Instantia Nobilium Simonetti Consulum Varsaviensium instituta, ab exercitio Pontificalium suspendit et interdictum ab ingressu Ecclesiae contra Ejusum extendit. ~ . —. Majoraque ausus in causa inter Patres Soci. Jesu Collegij Polocensis et Illrmum Chrebnicki Archiepiscopum Polocensem Ritus Graeci-Uniti, per Decreta Nunciaturae Jurisdictionem Regiam et Comitialem laedendo, quibus mediantibus Inhibitio exportata ex Nunciatura, ne causa respectu Privilegiorum per Serenissimos olim Stephanum et Sigismundum III. Reges Poloniae Collegio Pollocensi S.J. collatorum applicationis Bonorum quondam ad Archiepiscopum Polocensem Ritus Graeci disuniti spectantium, et per Illius partibus hostilibus adhaesionem ac rebellionem a corpore Reipublicae avulsorum, jure belli per Eundem Serenissimum Stephanum Regem et Rempublicam recuperatorum, et per Constitutiones Regni et Magni Ducatus Lithuaniae favore Patrum Soc. Jesu dispositorum et approbatorum, in Tribunali M. D. L. coepta et ad Judicia Comitialia Regni et M. D. Litte per Edita mandata Comitialia avocata, agitaretur. ~. In suo robore conservata est et causa eadem cognitionis Privilegiorum ac legum publicarum novi emergentis, et statum publicum pactaque cum externa potentia inita

tanze

tangens ac dispositioni Reipublicae eorundem Bonorum jam jure belli = — . saeculisatorum ad forum Spirituale spectare declarata est, et ad Consistoria Romana introducta est, ut patet ex actis Nunciaturae Anni 1722. . ∾ . — —

Causa item nullitatis Inscriptionis Bonorum Terrestrium Grutowo inter Carmelitas Obervienses antiquae Observantiae et Gnšum Baliński Judicem Castrensem Bobrovnicensem aliosque Gnšos Rytwińskie Anno eodem 1722. et Anno 1724., non attenta Constitutione Regni 1635. in Nunciatura judicata fuit, cum Inhibitione ne Gnšus Baliński in Judicijs Comitialibus dependentem prosequatur ∾.

= In causa quoque inter Illustrem Lukini Canonicum Cracoviensem ac Spectabilem olim Galecka Consultricem Cracoviensem respectu lapideae Wierzbkowska Cracoviae sitae, et portionis Civilis Pupillum Wierbicz concernentis, cujus legitimus Tutor Idem Illustris Lukini erat, anno 1723. a tergo ad lectionem illius sub die 15. Martij Inscriptionem sub d. 26. Februarij, Jurisdictionem Civile Cracoviensem et Regiam Legesque Regni publicas Anni 1611. et 1633. convulsas esse elicitur, in fundamento ac si prorogationis Jurisdictionis Spiritualis quamvis doctum erat ex Actis de exceptione fori declinatoria; et licet alias prout Clerici ita consequenter et Cives Juri publico et Jurisdictioni Regiae et Civili renunciare ac eandem prorogare non possint attestante Rndmo Lipscio Cent. I. obs. 7. nº 65. et continuis Comitialibus et Judicij Assessorialis Sae Reg. Majestatis judicatis. ∾.

= Atque in causa inter Magnificum Tyzenhaus Capitaneum Inturiensem et Wasilkoviensem Oppidanosque Wasilkovienses, atque Illrem Dnum Bogucki Praepositum Wasilkoviensem, simile praejudiciosum Decretum registratum est in Actis Nunciaturae Anno 1726.: quo mediante, causa respectu Decimarum manipularium ex agris praedialibus et Oppidanorum Wasilkoviensium in Judicio Assessoriali Magni Ducatus Lithvaniae anno 1665. praeventa, ex Instantia Antecessoris Parochi a Consistorio Vilnensi ad forum saeculare ubi coepta remissa, per Nunciaturam retenta et ad forum Spirituale non attento Decreto Contumaciali Assessoriali remissa.

= In causa itidem Dineburgensi inter Patres Soc. Jesu Residentiae olim Dineburgensis et Illustrem Grafft Parochum Dineburgensem, summum illatum est praejudicium Juribus Majestatis et Reipublicae et Jurisdictionis Regiae occasione bonorum Feudalium de natura sui Regalium almusza nuncupatorum in Ducatu Livoniae sitorum; dum Rndmus Dnus Palma Auditor ingessit se in cognitionem Privilegiorum Sermi olim Sigismundi III., et Constitutionum Rni et M. Ducat. Lithvaniae, Decretorum Commissariorum Reipublicae, eaque pro nullis declaravit, cassavit, potestatem et authoritatem Reipublicae in motivis

Decreti

—". —. Decreti Sui circumscripsit; patet ex Actis Nunciaturae Anno 1724. ~ . —.

=Item per aliud Decretum Suum, Decretum Judicij Assessorialis S.ae R.ae Mjstis Remissionis ejusdem causae Düneburgensis ad Judicia Relationum propriarum Suae Regiae Majestatis, Sequestrique Bonorum eorundem pro nullo declaravit; Procuratorem Parocho Düneburgensi personaliter comparenti per Decretum S.ae R.ae Mtis additum, quod in causa hac comparuerit, in barbam Judicij S.ae R.ae Mjstis et Illmi Procancellarij Regni, Authoritatem illius indirecte per caput Procuratoris causarum Postcurialis laedendo, ad notabile tempus non citatum nec auditum ab officio Procuratoris Tribunalis Sui suspendit; Perillustrem Dominum Officialem Livoniae Parochum Mitaviensem, verum in illis partibus Acatholicis exemplarem et probum, ac Eundem defunctum Parochum Düneburgensem ad faciendam submissionem, quod eodem Decreto Sacrae Regiae Majestatis non utentur nec in Judicio S.ae R.ae Mtis Relationum propriarum causam promovebunt, sub censuris obligavit; easdemque, nisi docuissent in Actis Nunciaturae de facta quietatione et submissione, per affixionem cedularum valvis Ecclesiarum quae rarae sunt in Livonia et Ducatu Curlandiae, cum summo Acatholicorum scandalo et irrisione, pro excommunicatis declaravit Anno 1725. ~ - Quod Illius illegale et collisivum Jurisdictionis Regiae Decretum subsequenter per Judicem Delegatum Apostlcum cassatum est. -

= Die 29. Martij. - Zjechali się znowu wszyscy Jchmć y Jmx. Podkanclerzy Kor, et post longam luctam y po różnych koncertacyach wynaleźli y skoncertowali pewne między sobą Resultatum: ac tandem circa magnam moderationem Jmp. Marszałka W. Kor. zezwolili na relaxacyą Jnhibicyi praevia approbatione Jego Królewskiey Mości, a oraz obligują Jmx. Podkanclerzego Koronnego, aby upraszał xcia Jmci Prymasa y Jchmć xx. Biskupów żeby w Responsie Swoim do Oyca Sto instent urgentissime o nieodwłoczną revokacyą Jmx. Nuncyusza. ~ O czym gdy Jego Król. Mci Jmpan Marszałek W. K. doniosł; Jego Królewska Mość approbować raczył aby Jmpan Marszałek tęż Jnhibicyą relaxował. ~ . —.

= Nazajutrz dnia 30. Martij. Jmp. Chorąży Warszawski jako Sędzia Marszałkowski wezwawszy do Siebie PP. Patronow y należących ad Officia w Nuncyaturze intimował Jm Relaxacyą w te słowa: „ Na Jnstancyą Oyca Sto spodzie= „ wając się wkrótce przybycia innego Jmxa Nuncyusza, z woli Jego Królewskiey Mci, „ za zdaniem przytomnego Senatu, Jw Jmpan Marszałek W. K. Jnhibicyą ex mente „ Seymu Grodzińskiego Wmciom intymowaną relaxować raczy pozwalając Wm. „ ciom Sprawy w Nuncyaturze promowować y Officia zwyczayne odprawować. " ~

46.) Resultatum Conferencyi Ministrorum Status et Belli y innych Jchmciow przytomnych natenczas Senatorow. ~ w Warszawie d. 29. Martij 1727. Roku.

= Gdy xże Jmć Prymas cum Collegio Episcoporum tę propozycyą y Jnstancyą in praesenti conferentia przez Jmpana Marszałka W. Kor. uczynili, a potym przez Jmxa Podkanclerzego Koron. poparli; aby rigorem executionis novellae legis quoad prohibitionem Jurisdictionis Jmxa Nuncyusza per Rempublicam pro praejudiciosa et gravaminosa uznaney, Jmpan Marszałek W. Koronny do dalszego czasu raczył suspendere y Panom Patronom aby do Nuncyatury libere na Sądy chodzić mogli pozwolił: tedy My na Tey Conferencyi zasiadający, podziękowawszy Jmpanu Marszałkowi Wielkiemu Koronnemu za pilną y nader potrzebną novellae legis obserwancyą y exekucyą uczynioną, zważywszy wszystkie z korrespondencyi Rzymskiey Nam doniesione votivi successus Intencyi Rzeczypospolitey okoliczności, żeby przez ten krok wszelkie desideria Rzeczypospolitey przez Jmpana Posła Jego Królewskiey Mości y Rzpltey w Rzymie tractanda tym snadniey mogły promoveri et obtineri; y to uważając że nolam wariacyi przez to żadney novella lex nieponiesie ani też praejudicium Rzpltey niestanieje,

= ad tam urgentem sollicitationem Curiae Romanae et in spe ac fiducia że finis legis tojest rewokacya Jmx.a Nuncyusza, ile kiedy Jego Królewska Mość przez Respons Swóy ad Brevia Oyca Sº poprze hoc desiderium Rzpltey w pierwszym Liscie expre= =ssum, prędzey skutek weźmie; zważywszy y to że in casu non obtinendae in pre= =missis Satisfactionis indilatae od Oyca Sº powinna znowu taż Inhibicya bydź reintymo= =wana y renowowana per Ministerium Marszałkowskie; unanimiter zgodziliśmyśię, accedente beneplacito Jego Królewskiey Mości annuere huic propositioni et Instantiae Collegij Episcopalis, ile że się Samiż Jchmć XX. Biskupi obligowali pisać collegialiter do Oyca Sº instando o Rewokacyą ex vi latae legis, y że na tym fundamencie ta Suspen= =sa Inhibitionis pozwolona aby takowa Inhibicyę Jmpan Marszałek W. Koronny raczył tantisper relaxować dawszy admonicyą PP. Patronom pomienionym żeby Spraw in praejudicium jurium Reipublicae et in convulsionem Jurisdictionum Saecularium do Nuncyatury niewprowadzali y w nich niestawali. ~ Y to Resultatum Nasze pro Securitate Jmpana Marszałka Wielkº Koronº podpisujemy. Działo się ut supra. ~.

= Lud. Pocieg Wojewoda Wileński Hetman Wielki Stwa Litewskiego. —

= Ludwik Szoldrski Wojewoda Kaliski. ~. —. ~. —. ~.

= Jan Sapieha Kasztelan Trocki Stá Brzeski, salva indilata revocatione Jmx.a

= Nuncyusza, et salvis Juribus et Jurisdictione Jmpana Marszałka Wº=

= Koronnego in praemissis. —. ~. —. ~. —. ~.

= Andrzey z Lubrańca Dąmbski Wojewoda Brzeski-Kujawski, salva indilata revo=

= catione Jmx.a Nuncyusza et salvis Juribus et Jurisdictione Jmpana

= Marszałka Wielkiego Koronnego in praemissis. ~. —. ~. —

= Jan Radomicki Wojewoda Inowrocławski Generał Wielkopolski, salva indilata

= revocatione Jmx. Nuncyusza et Juribus Jurisdictioneque Jmpana Mar=

= szałka Wielkiego Koronnego in praemissis. ~. —. ~. —.

= Jan Tarło Wojewoda Lubelski. —. ~. —. ~. —. ~.

= Stanisław Donhoff Wojewoda Połocki Hetman polny W.X.Litt.º salva indilata

= revocatione Jmx. Santiniego et reassumptione rigoris od Jmpana Mar=

= szałka Wº Korº in casum zwłoki pomienionej rewokacyi. ~. —.

= Jan Szembek Kanclerz Wielki Koronny. —. ~. —. ~. —.

= J. Przebendowski Podskarbi Wielki Koronny. —. ~. —. ~. —.

= Stanis. Chomętowski W. M. H. P. K. salva indilata revocatione. —. ~.

= S. M. Rzewuski Wojewoda Podlaski Hetman Wielki Koronny salva revoca=

= tione podług prawa Grodzińskiego. ~. —. ~. —.

= Piotr Czapski W. P.

= Ludwik Borucki Kasztelan Brzeski-Kujawski. ~

Kaz

=Kazimirz Rudziński Kasztelan Czerski salva revocatione indilata Jmx:= — .
=Santiniego juxta obloquentiam Legis Novellae, et salva reassumptione
=rigoris supra expressi przez Jmpana Marszałka wielkiego Koronnego. —.
=Władysław Kretkowski Kasztelan Chełmiński salva revocatione juxta novellam legem.
=Krzysztoff Dominik z Kozielska Puzyna Kasztelan Mścisławski . ~ . —.
=Piotr Miączyński Kasztelan Chełmski salva indilata revocatione Jmxa Nuncy=
=usza Santiniego et salvis Juribus Regni . —. ~ . —. ~.

=Die 31. Martij, ziechalisię wszyscy Jchmć Senatorowie et Ministri Statûs do Pałacu Jego Królewskiey Mości, y zasiadłszy in loco Conferentiarum; Jmpan Kanclerz W. Koron: doniósł Consessui o przyniesionych projektach: a naprzód, należących ad executionem Constitucyi sub titulo poselstwo do Oyca Sto tojest projektu Credentialium do Oyca Sto, plenipotencyi, et Dacarum exprimendarum w Instrukcyach Jmpanu Posłowi do Rzymu destinowanemu, potym Responsow ad Brevia Oyca Sto y na List ode Dworu Berlińskiego, subijcieńdo też projekta sensibus Jchmciom ad approbationem Jego Kró. Mci. ~ Doniosł przytym Jmpan Kanclerz W. Koronny jako Jkrmość raczyć raczył czas Commissyi do Kurlandyi, attenta in praesenti tempore annonae penuria et caristia, według zdania Senatu pro die 26. Augusti; a konferencyi cum Ministris Externarum Potentiarum pro die 6. Octobris anni currentis; deklarując y to z woli Jkr.mci Jmpan Kanclerz, że in casum odjazdu Jego Kr.Mci do Saxonij, Jego Królewska Mość zostawi Instrumentum facultatis Xciu Jmci Prymasowi y wszystkim Jchmć panom Senatorom, Ministris Status et Belli, et Deputatis Commissarijs ex Equestri ordine do tych Konferencyi cum Ministris Externis należącym przez Listy Jego Krol. Mci ante discessum avisandis, in absentia Sua z nimi tractandi według Instrumentu który miał także bydź czytany. ~ Jakoż Jmpan Regent Kancellaryi Koron= czytał te wszystkie projekta: po przeczytaniu których Xże Jmć Prymas konkludował ten Congress his formalibus; =„powinniśmy adorować y dziękować prowidencyi Boskiey, „że inspiravit Jego Królewskiey Mości ten tak zacny, chwalebny, y nader potrzebny „Wmcpanow Congress, który w teraźnieyszych konjunkturach Reipublicam reddidit „plene utilique provisam. ~ Interna Securitas reali et effectiva sanctorum na nie= „dawno zakończonym Seymie executione asserta; externa Securitas naznaczeniem „terminu konferowania y traktowania z Ministrami postronnych potencyy firmata; „auctoritas Sae Sedis Apostolicae placata; praevaricatio, contumacia, temeritas Xię= „stwa Kurlandzkiego coercita bez wszelkiego wątpienia reductionis ad obedientiam et „fidelitatem przez tak chwalebną y waleczną Commissyi expedycyą et alia omnia per= „acta cokolwiek należy do niewątpliwey Oyczyzny Naszey spokoyności: a to wszystko tri= „buendum est niezmordowanej pracy, ustawicznej czułości y niewychwalonej dzielności

Jchmpan=

„7." — Jchmcpanow Ministrow utriusque Status MMpanow; którym jako nayuniżeniey „dziękuję z upewnieniem że debitas laudes, promerita encomia et nunquam silentio „praetereundas gratiarum actiones nec praesens nec ulla tacebit aetas. ~ Toż samo „wszystkim Wmmpanom świadczę, żeście się in hoc dignissimo consortio znaydowali „y którżyscie tu ad hoc obsequium Reipublicae suo cum incommodo stawili. ~ Że„gnam tedy Jch intimo voto życząc abyśmy się w dobrym zdrowiu y powodzeniu na „przyszły termin naznaczonych konferencyy cum Ministris Externis widzieć y witać mogli.

47.) Facultas conferendi cum Ministris Extranearum Potentiarum. ~. —

Augustus II. Dei grat. etc ~.

Reverendissimo in Christo Patri Domino Archiepiscopo Gnesnensi Primati Regni et Magni Ducatus Lithvaniae, Magnificis Senatoribus, ac Ministris Status et Belli, tum Generosis Deputatis novella Lege Comitiorum Grodnensium ad Conferentias cum Externis Ministris assignatis, Sincere et fideliter Nobis dilectis gratiam Nostram Regiam. ~ Reverendissime in Christo pater, Magnifici, ac Generosi Sincere et fideliter Nobis dilecti! Cum negotia haereditariorum Dominiorum Nostrorum Nos hinc avocent, ideo Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris plenam per praesentes concedimus facultatem, ut sub hoc tempus absentiae Nostrae a Regno Conferentias cum Externis Ministris juxta dictam novellam Legem instituendas ac si Nobis praesentibus expediant et cum emolumento Nostro ac Reipublicae determinent. ~ Quibus Conferentijs diem sextam Mensis Octobris anni currentis hic Varsaviae peragendis praefigimus. ~ pro quo termino eos omnes qui ad eadem negotia tractanda per Constitutionem sunt Deputati, ut compareant, Nos ante discessum Nostrum Literis Nostris avisabimus, ut hujusmodi Conferentias expediant et ea omnia quae ex Nostro et Reipublicae commodo et utilitate videbuntur portractent, Nobisque earundem Conferentiarum Relationem per Ministros Status faciant. ~ Pollicemur autem Sinceritates et Fidelitates Vestras praemissa omnia facturas ex re et utilitate Boni publici. — De coetero Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris optimam a Deo precamur valetudinem. Datum Varsaviae d. 11. Men. Aprilis 1727. Regni nostri XXX. Anno. ~. —. ~. —. ~. —. —

48.) Listy Circulares intimando Conferentias cum Externis Ministris pro d. 6. 8bris do JmcXa Prymasa. ~. —.

August Wtóry etc. ~ Nayprzewielebnieyszy w Bogu uprzeymie Nam miły! Wybierając się w przedsiewziętą drogę do Saxonij dla interessow Państw Naszych Dziedzicznych, o którey Uprzeymosci Waszey jeszcze na przeszłym Congressie Senatu

donieśle

donieśliśmy, jako speciale Diploma w Kancellaryi Wielkiey Koroń do = — „ oddania Uprzeymości Waszey zostawujemy cum plena facultate traktowania Interessów publicznych na Conferencyach z Ministrami Externarum Potentiarum pro die VI. Mensis Octobris anni currentis w Warszawie naznaczonych juxta tenorem Constitucyi blisko przeszłego Seymu, tak bynaymniey niewątpiemy że Uprzeymość Wasza na tenże termin wcześnie zjechać zechcesz, y Prymacyalną powagą y prezydencyą swoją też Konferencye in rem et commodum Rzeczypospolitey solita prudentia sua et solicitudine disponere ex amore in Patriam starać się będziesz. ~ In voto et expectatione pożądaney o tym wiadomości przy ofiarowaniu respektow Naszych Królewskich dobrego zdrowia y powodzenia szczęśliwego Uprz.o Was.o życzemy. Dan w Warszawie. ~

49.) Do Senatorow którzy byli przytomni na przeszłym Kongressie. — . —.

August Wtóry etc. Wielmożny Uprzeymie Nam Miły! Wiadoma już jest Uprzeymości Waszey intencya Nasza na blisko przeszłym tuteyszym Senatu Congressie doniesiona wyjazdu Naszego do Saxonij dla Interessow Państw Naszych Dziedzicznych: nietayna jest y ta ex vigilanti solicitudine koło dobra pospolitego pochodząca dispozycya Nasza, że y pod tę niebytność naszą, pragnąc dogodzić potrzebom Królestwa Naszego in executionem Constitucyi Seymu blisko przeszłego, daliśmy in seorsivo Diplomate plenam facultatem Nayprzewielebnieyszemu w Bogu Jm X.u Prymasowi Korony Polskiey y W.o Xięstwa Litt.o y innym tak ex Senatorio jakoteż ex Equestri Ordine do konferencyi cum Ministris Externarum Potentiarum naznaczonym, aby in absentia Nostra z Nimi Interessa publiczne juxta tenorem pomienionego Seymu Konstitucyi traktowali. ~ Więc kiedy czas tego wyjazdu Naszego zbliża się, tak Uprzeymości Waszey jako y innym do tego należącym per praesentes o tym donosiemy usilnie żądając abyś Uprzeymość Wasza na termin tymże konferencyom naznaczony pro die VI. Mensis Octobris w Roku teraznieyszym tu do Warszawy zjechał et junctim z Nayprzewielebnieyszym w Bogu Jm X. Prymasem Ministrami Status et Belli y Innemi ex Senatorio et Equestri Ordine współnaznaczonymi zachodzące z postronnemi Potencyami Interessa publiczne in rem et commodum Rzeczypospolitey promowować y traktować ad satisfactionem universorum ad mentem teyże Konstytucyi starał się. ~ Co że Uprzeymość Wasza ex amore in patriam et zelo in bonum publicum uczynisz jako bynaymniey niewątpiemy, tak onemuż przy ofiarowaniu Łaski y respektow Naszych Królewskich dobrego od Pana Boga zdrowia życzemy. — Dan w Warszawie. ~ . — . ~ . — . —

50.) Do Senat

50.) Do Senatorow y Deputowanych Commissarzow Equestris Ordinis którzy niebyli przytomni na Congressie. ~ . —

Wielmożny uprzeymie vel Urodzony wiernie Nam miły! Po zakończonym szczęśliwie Seymie Grodzińskim y po Konferencyach Senatu na blisko przeszłym Congressie ad Latus Nostrum zgromadzonego in ordine ad executionem Sanctorum tegoż Seymu odprawionych: kiedy tak dalsze poratowanie zdrowia Naszego y potrzeby Państw Naszych dziedzicznych na czas Nas z Państw Królestwa Naszego avocant; tedy jakośmy tę intencyą y dispozycyą Naszę przytomnemu na tym Kongressie Senatowi donieśli, oraz przez osobliwe Diploma Nasze dali pleram facultatem Nayprzewielebnieyszemu w Bogu Jm X. Prymasowi y innym ex Senatorio et Equestri ordine do konferencyi z Ministrami Externarum Potentiarum ad tenorem Novellae Legis naznaczonym, aby y pod niebytność Naszę też Konferencye odprawili; tak Uprzeymości Waszey vel Wierności Twojey o tym donosiemy usilnie żądając abyś na termin pomieniony Konferencyom z Ministrami Postronnych Potencyy naznaczony pro die VI. Mensis Octobris w roku teraźnieyszym tu do Warszawy zjechał y wespół z Nayprzewielebnieyszym w Bogu Jm X. Prymasem, Ministrami Status et Belli y Innymi ex Senatorio ac Equestri ordine etc etc etc . . . ut in praecedenti.

51.) Memoire de Son Excellence le Grand Chancelier de la Couronne presenté au Roy. à Varsovie le 18. d'Avril 1727.

Sire! Votre Majesté me permettra, que pour son meilleur service je puisse repeter par ecrit les Representations que j'ai eu l'honneur de faire ce matin de bouche à Votre Majesté, en lui rendant la lettre de Mons. le Duc de Courlande au sujet de la Reception de l'hommage pour le Duché! ~ Pendant le dernier Congrès actuel du Senat, Votre Mjté a bien voulu determiner le 4. Avril pour la dite ceremonie: mais la cure commencée de Votre Majesté ayant mis obstacle pour ce jour-là, Votre Majesté a fait asurer tout le Senat que cet acte se feroit après les Fêtes des Pâques savoir le 21. ou 22. du Mois present; et le Senat s'est separé dans cette asurance ainsi que je ne doute pas que Votre Majesté ne veuille bien l'effectuer, d'autant que toutes les Provinces et tous les Palatinats du Royaume informés du Resultat du Congrès attendent le succés de cet Acte comme une des executions essentiels de la premiere Constitution de la Diette passée, pour laquelle meme ils ont insisté par des Deputations envoyées à Votre Majeste. ~

pour

= pour ce qui est de la difficulté au sujet de la personne qui recevra Investiture, — de la part du Duc? l'usage ayant etablie qu'au defaut de l'hommage personnelle ce doit etre un des Conseillers Superieures. ~ Le Congrès y avoit fait reflexion; mais voyant la neceſsité de l'execution de la loix, et ayant egard aux Conjonctures du tems present, le Senat est convenu d'un Ceremoniel convenable lequel a eté approuvé par Votre Majesté, moyennant les Lettres Reversales que la chose ne tireroit pas à consequence pour l'avenir. — La meme raison Sire, que cet Acte se doit faire sans toutes soleñités leve l'autre difficulté sur le petit nombre des Senateurs presents, puisqu'il y en a aſsez pour un Acte à expedier sans les solennités. ~ Touchant l'excuse que le Duc de Courlande fait dans la lettre que j'ai eu l'honneur de presenter à Votre Majesté, que ne recevant aucun revenu de Son Duché il ne peut offrir à Votre Majesté pour le present qu'un coeur rempli de fidelité et d'obeiſsance malgré la bonne volonté qu'il auroit de donner des marques plus reelles de la reconnoiſsance accoutumée; non seulement la grandeur d'ame et la generosité si naturelle à votre Majesté si comme à tout le monde et dont on vient de flatter le Duc de Courlande à Dantzig faciliteroient cette demande à la verité fort juste, aprés que Votre Majesté et les Etats de la Republique ont fait plus pour lui en le dispensant de l'hommage personel; mais serviroient de regle à Nous les Ministres d'Etat pour Nous y conformer à l'exemple du Maître, quoique on ait fait accroire au Duc que Nous Nous formions des Idées d'une Somme considerable pour la partager entre Nous sans que Votre Majesté y prenne aucun interêt. ~ Au reste, Sire, s'il n'etoit question que de cela, il y auroit moyen meme aprés la Ceremonie de l'hommage faite de faire rester le Diploma de l'Investiture dans la Chancellerie jusqu'à ce que Mr. le Duc de Courlande ait donné des aſsurances qu'aprés etre remis dans la poſsesion de Son Duché, il satisfaira à ce qu'il doit pour la reconnoiſsance Düe à Votre Majesté et au Ministere. ~ Mais Sire, si cet Acte devoit etre differé plus long tems aprés la Constitution publiée, aprés les declarations et aſsurances de Votre Majesté, ce retardement surtout aprés le depart de Votre Majesté ne feroit pas un bon effet par les Interpretations diverses aux quelles il seroit sujet et pourroit meme causer quelque alteration dans les Citoyens du Royaume à l'amour tendre et respectueux qu'ils ont pour Votre Majesté. — J'ai cru devoir representer tout cela à Votre Majesté suivant l'obligation de ma charge et suivant le respect et la fidelité inviolable avec lesquelles je suis cete. ~ . — . ~ . — . ~ . =

52.) Lettre du Roy au Primat touchant la Reception de l'hommage differée. ~

Monsieur le Primat! Je suis faché de ce que les remedes dont Vous avez commencé de Vous servir me privent du plaisir de Vous voir avant mon depart. ~ Je ne doute pas qu'on ne Vous ait fait part que j'ai fait expedier toutes les depeches qui avoient eté projettées au dernier Congrés. ~ Pour ce qui est de la Reception de l'hommage de la part du Duc de Courlande, plusieurs raisons m'ont determiné à la differer, dont une des principales est que le Procés entre le Duc et les Etats de Courlande n'etant pas encore vuidé dans Nos Jugements de Relation, la Nobleſse qui y est interesſée par la crainte qu'elle a du reſsentiment du Duc après son Investiture pourroit se former des idées opposées à celles que l'on a icy de traitter cette Province avec douceur. ~ J'ai cru devoir d'autant moins balancer sur ce retardement, que la Commiſsion determinée au 26. d'Aout ayant le pouvoir d'accommoder tous les differends Domestiques pourra applanir toute chose et reuſsir à regler toutes les affaires selon les Intentions des Etats de la Republique: après quoi je serois toujours prêt de l'expedier l'Acte d'Investiture. — Je suis bien aise de Vous ouvrir mes sentiments la deſsus; afin que non seulement Vous meme puiſsiés etre convaincu de la droiture de mes Intentions, mais que Vous soyés en etat d'aſsurer tous ceux que ce retardement pourroit inquieter, que je n'ai point d'autre objet que de remplir à la lettre les Resolutions que les Etats de la Republique ont prises à la derniere Diette au sujet du Duché de Courlande et que la Constitution puiſse s'executer d'autant plus surement et plus heureſement. ~ J'ai une entier confiance en Votre Credit et capacité, que Vous ferez valoir ces raisons là contre les Interpretations sinistres qui pourroient se trouver; et je prie Dieu qu'il Vous ait Monsieur le Primat dans Sa Sainte garde. ~ à Varsovie le 26. d'Avril 1727. —.

= Aux Generaux. –

Monsieur N. N.! Etant sur le point de partir je Vous ecrit cette lettre pour Vous dire que je ne doute pas qu'on ne Vous ait fait part cete cete de meme qu'à la precedente. —. ~. —. ~. —. ~. —. ~.

53.) A Sacra Regia Majestate ad Ducem Curlandiae in eadem materia. ~.

Augustus II. DEi gratia etc. – Illustriſsime Princeps Consanguinee grate Nobis dilecte! Cum non solum ob rationes discesſus Nostri in Saxoniam, sed et propter alias considerationes Receptionem ab Illustritate Vestra homagij ad aliud tempus differre resolverimus, certiorem Illustritatem Vestram praesentibus reddere voluimus,

quod

quod illud ab Illustritate Vestra quando ex Saxonia redibimus excipiemus. ~ —.

Interim mandamus seorsivis Literis Nostris Generosis Supremis Consiliarijs et Equestri Ordini Ducatuum Curlandiae et Semigalliae; quatenus Illustritati Vestrae juxta anteriora mandata Nostra ea quae in proventibus et debita Illrsti Vrae observantia praestare tenentur, praestent. ~ Quod ipsum et Commissarij Nostri in Curlandiam deputati, quando ibidem Illrstas Vra per Plenipotentiarium Suum instabit, Commissionique eidem attendet, Eisdem Supremis Consiliarijs ac Equestri Ordini demandabunt, ne in rebus ad Illustritatem Vram vigore anteriorum Rescriptorū Nostrorum pertinentibus derogare praesumant, sed illae integrae et salvae illaesaeque ab illis maneant. ~ De coetero Illustritati Vrae bonam a Deo precamur valetudinem. Datum Varsaviae d. 26. Aprilis 1727. —. ~. —. ~.

54.) Ad Supremos Consiliarios Curlandiae

Augustus II. etc. Generosis Consiliarijs Supremis Majoribus et Minoribus Capitaneis, coeterisque Officialibus ac toti Equestri Ordini, nec non Civitatibus et earum Magistratibus, ac universis et singulis incolis Ducatuum Curlandiae et Semigalliae fideliter Nobis dilectis gratiam Nostram Regiam. - Generosi fideliter Nobis dilecti! Cum ex certis rationibus Receptionem homagij ab Illrmo Duce Ferdinando ad aliud tempus distulerimus; itaque anterioribus Mandatis et Rescriptis Nostris pro parte Ejusdem Illrmi Ferdinandi Ducis ad Fidelitates Vestras datis insistendo, Eisdem mandamus: quatenus Fdltes Vrae illis pareant et obtemperent; omnesque reditus ad Illrmum Ducem spectantes Eidem Illrmo Duci ex bonis, thelonijs, postis, accisis, vectigalibus, alijsque reditibus Ducalibus Ipsi reddant et officiales ab Eodem Illrmo Duce constitutos manuteneant. ~ Facturae sunt praemissa Fidelitates Vestrae pro gratia Nostra, officiorum suorum debito, et sub poenis Legum contra transgressores Mandatorum Nostrorum sanctis, gravique indignatione Nostra. ~ Datum Varsaviae ut supra. ~. —. ~.

55.) De Mr. Primat au Roy. de Lyszkowice le 9. du Maj 1727. —. —. —.

Sire! Si j'avois prevû que la Cure de Votre Majesté auroit un succés si prompt que de la mettre en etat d'entreprendre un voyage qui sembloit demander l'arrivée de la belle saison, j'aurois préferé l'honneur de rendre personellement mes respects à Votre Mjsté aux soins d'une santé consacrée à son Service. ~ Mais Votre Majesté ayant devancé le terme de son depart, je ne trouve pas d'autre consolation sur ce contretems que dans les prieres que j'ai commencer d'abord d'adresser au ciel pour son heureux voyage

et que

—"— = et que je continuerai toujours pour la conservation de Votre Majesté. — J'ai appris avec bien de la satisfaction que Votre Majesté a fait expedier les depeches, qui avoient eté projettées et lues au dernier Congrès conformement à la Constitution de la Diette paſsée. ~ Mais Sire je supplie tres-humblement Votre Majesté de me permettre de lui temoigner mon étonnement sur la prorogation de la reception de l'hommage de Mo^r. le Duc de Courlande; après que le terme pour l'expedier eut eté fixé en premier lieu au 4. et ensuite au 21. ou 22. d'Avril; que Votre Majesté Elle-meme en eut fait avertir le Duc; que le Ceremoniel et la formule du serment eussent eté reglés dans le dernier Congrès et approuvés par Votre Majesté; que le Senat se fut separé dans cette asurence que tous les Palatinats du Royaume et du grand Duché de Lithvanie en eussent eté informés par le Resultat du Congrès; et enfin après que cet Acte fut devenu une neceſsité indispensable de l'execution de la premiere constitution etablie à la derniere Diette sous les auspices de Votre Majesté. ~ Je crains avec raison Sire, que le retardement d'un Acte, qui a eté une des principaux objets de l'empreſsement des Etats de la Republique à la Diette et de leur Deputation envoyée après la Diette à Votre Majesté, ne cause de l'inquietude parmi les esprits. ~ Cependant comme les asurances de Votre Majesté sur la sureté et le succès de la prochaine Commiſsion raſsurent le mien, je ferai tout mon poſsible pour les faire valoir par tout où la neceſsité le requerra conformement aux Ordres de Votre Mjsté, et à la fidelité inviolable avec laquelle je suis etc. ~. —. ~. —.~

56.) De Son Excellence Mon^r. le Grand Chancelier de la Couronne à Son Excellence le Feldmareschal Fleming. ~. —.

La seule chose qui ait pû me consoler du depart de V. E. est la Lettre obligeante qu'Elle m'a fait l'honneur de m'ecrire avant que de se mettre en voyage. - Je souhaitte qu'Elle le faſse heureusement; et que celui qui dirige toutes choses conserve la santé de V. E. qui est si precieuse au public et à vos Amis. ~ Suivant ce que votre Excellence m'avoit indiqué, S. E. M^r le Comte de Manteuffel s'etant chargé du memoire en question l'a presenté au Roy; comme je ne doute pas que lui meme en fera part à Votre Exlce: mais jusques-à-present il n'a pas produit plus d'effet que mes representations de bouche. ~ Son Exlce Mon^r le Grand Tresorier en parlera encore à Sa Majesté: et je souhaitte que ses remonstrances ayent le succès desirable pour les interets du Roy et de la Republique. ~ Au reste, je rende grace tres-humblement à Votre Exlce de l'attention qu'Elle a eüe de se souvenir d'une personne qui me regarde d'aussi prés que Mon^r. l'Evegue de Varmie: l'un et l'autre Nous en aurons

des

des obligations sensibles à Votre Excellence et moi particulierement qui suis = —.
d'une constante veneration. —. ~. —. ~. —. ~. —. ~.

57.) A Consiliarijs Curlandicis ad Jllrmum Supremum Regni Cancellarium. Mittaviæ die 23. Aprilis 1727. —. ~. —. ~. —.

Speravissemus ea quae in Conventu publico a Nobis generosoque Ordine Equestri suscepta, cum praescitu et voluntate Sacrae Regiae Majestatis Suae facta esse; siquidem certificatio beneplaciti et Clementissimae asistentiae cooperationisque S.R.M. Mjstis Suae Nobis quam saepissime data. ~ Hanc ob causam ea spe freti fuimus Suam Regiam Mjstem Serenissimamque Rempublicam actiones Nostras approbaturas et in his consensuras fuisse. ~ Cum autem contrariam nunc voluntatem Sacrae Regiae Majestatis Suae, et quod Generosus Delegatus Noster Capitaneus de Medem Varsaviae arrestatus, percepimus legimusque; ad Forte Praesidium et Protectionem Jllrmae Excllae Vrae humillime convolando submississime rogamus: dignetur Jllrma Excltia Vra tutelam apertissimae innocentiae Nostrae benignissime in se recipere, Suaque praepotentia rem eo dirigere quò Noster Delegatus ex arresto dimitteretur, hucque liber regressus Ipsi concederetur. ~ Siquidem cum omnia in publico Conventu facta; iterum in fundamento formulae Reginimis Conventum publicum indicere Nobis necesse videtur, in quo praedictus Delegatus Noster tam Nos quam Generosum Ordinem Equestrem mentis ac voluntatis Sacrae Regiae Mjstis et Serenissimae Reipublicae certiores reddere obstrictus, secundum quam cursum Nostrum in immutabili subjectione et constantissima fide erga S.m Reg.o Mjstem Serenissimamque Rempublicam dirigere, tam Nos obligatos quam paratos confitemur. ~ De coetero confidimus, quod in primo Conventu publico, legales et in summa aequitate fundatas rationes adinvenerimus, quibus in Clementiam Sacrae Regiae Majestatis Suae et Serenissimae Reipublicae Nos devolvere Clementiaeque Suae et ulterius Nos commendare in eaque omni tempore conservare poterimus, et gratiam hac in re ab Jllustrissima Excellentia Vestra Nobis exhibitam grata mente ad ultimos vitae dies venerari atque complacentiam Jllrmae Excltiae Vestrae demereri non intermittemus subque devota omnigenae prosperitatis apprecatione permanemus. ~ —. Jllustrissimae Excellentiae Vestrae Observantissimi humillimi Servitores: Henricus Christianus de Brinken Land-hoff-meisterus, Joannes Heinman Keiserling Cancellarius.. ~. —. ~. —. ~. —. ~.

58.) Od Jmpana Wojewody Płockiego do Jmpa: Kanclerza W. Ko. d. 23. Maij 1727. z Warszawy.

Strawiwszy partem melioris aevi in luce publica w nadziei poprawy fortuny która mię zawsze solem ostentans tenebris involvebat, tak że tylko każdey napiętey adorabam

lecz

86. — lecz non gustabam; wziąłem przed się dla poprawy zdrowia z Żoną udać się ad Thermas, potym ukryć się na czas szczupłey Substancyi indulgendo, abym jeśli się podoba desuper y zdrowie pozwoli mogł potym wrócić się ad Patrios Lares ad usus Principis vel publicum obsequium: jeśli mię zawołaią non tardabo momentu. ~ o Protekcyą zaś super absentem upraszaiąc Wmpana et super surculum meum któremu insimo, lubo już jest in aetate captare sobie Łaskę Wmpana Dobrodzieja którey y ja oddaię się zostaiąc. ~ . — . ~ . — . ~.

59.) Respons na Ten List z Łupisk. dnia 1. Junij 1727. — . ~ . —.

Ubolewałem ja zawsze y szczerze ubolewam super conditione szczęścia dignitati et meritis Wmpana pro voto niekorrespondującego: w tey jednak byłem y jestem nadziei że Providencya Boska w jednym momencie może zdarzyć okazyą sposobną do ukontentowania Jego doskonałego, ile przy Łasce Jkgo Królewskiey Mości Pana Mego Miłosciwego Wmpanu sprzyjaiącey. — z Rezolucyą wyjazdu Wmpana ad Thermas życzyłbym był odezwać się pod czas przeszłego Senatu-Congressu pod bytność Jkt. Kr. Mci Pana M. M. in Regno z wiadomych dobrze Wmpanu racyy. Jako zaś omni tempore et studio pragnę świadczyć ochotnie obligowaną przysługę moią Wmpanu, y Jmp. Staroscie Lubelskiemu M. Mpanu; tak ad hunc effectum oczekiwaiąc sposobnych okazyy piszę się interea. ~ . — . ~ . — . ~.

60.) Od Jmpana Hetmana Wielkiego Koronnego do Jmp. Kanclerza W. K. z Lubomla 30. Maji. —

Niebyłoby nic pożądańszego ex publica utilitate et privatis desiderijs jako mieć y widzieć Wmpana in Centro Rzeczypospolitey w Pilaszkowicach rezydującego; którego im bliższa Lublina numeroso częstokroć concursu Jchmpanow Senatorow napełnionego znaydowałaby się przytomność, tym prędsze dla Oyczyzny mogłyby bydź consilia et subsidia, osobliwie w teraźnieyszych okolicznosciach, nietylko spraw Kurlandzkich y wielu innych pod niebytność Pańską agmine toto zwalonych, ale też doniesionych z różnych mieysc Woysk Moskiewskich imprez trakt swóy do Rygi przeciw poprzysiężonym Sojuszom przez granice Rzeczypospolitey prostować zamyślaiących. ~ Względem ruszenia partyi dasz mi Sam Wmpan świadectwo quo fervore et quo zelo opponowałem się y wypraszał od wydania do Woyska Koronnego Ordynansow; rozumieiąc zawsze suffectwam dla Jchmpanow Kommissarzow assistentiam z poblizszych Litewskich Chorągwi y Regimentow: ale kiedy wszyscy Wmpanowie uznawaliście naówczas indispensabilem necessitatem, o którą y teraz urgent nietylko Xże Jmć Prymas M. Mpan, jako z przyłączonego Excerptu patebit, ale sami Jchmpanowie Hetmani

prócz

prócz wielu innych godnych prawo wyraźne utrzymujących; muszę adimplendo=
legem wydać do kommenderowanych już Chorągwi Ordynanse, lubo podług wielkiego
WMPana zdania nocitura petuntur tak Quiritibus jako Militi dla dalekiego marszu,
ażeby skupiły się in unam compagem wprzód pod Narew a potym ad confinia Kurlan=
dzkiey prowincyi dla prędszego jeżeliby potrzeba wyciągała onychże zażycia, którym
wszelka w przechodach skromność menti legis novellae wygadzająca zalecona będzie
rigoriosius w Ordynansach wydanych. ~ Deputat Kurlandzki post proniores przedtym
na stronę Rzeczypospolitey sensus, wpadł jak znowu w niepotrzebne myśli y skrupuły,
obawiając się ażeby naznaczona do Kurlandyi Kommissya niekarała Obywatelow
tamecznych, vigore Konstitucyi Grodzińskiey quasvis innovationes et molimina in
praejudicium Rzeczypospolitey zakazującey, za złożony już po Seymie propria Auto=
ritate Zjazd; z którego On wyprawiony jest cum oppositione Legi Sancitae: a zatym
życzy y prosi enixius aby mógł bydź wydany od JE° Kr. Mci Uniwersał na Kongress
Actum Commissionis poprzedzający; z któregoby Delegati stanąwszy cum deprecatione
JEgo Królewskiey Mosci y Rzeczypospolitey mogli się wprzod znieść circa praeliminaria
a potym ułatwiwszy one upewnić intimoratos de omnigena securitate: inaczey bez
poprzedzającego zjazdu y powszechnego na Nim porozumienia się umknęliby się in re=
motiores od domow swoich oras przed zbliżającą tak liczną Commissyą. ~ W któ=
rey to ancipitis et scrupulosae propositionis okolicznosci, czekać będę z utęsknieniem
przezornego casus in omnes WMPana zdania; oraz upraszam ażebyś mię infor=
mować raczył de contentis Responsu na List Jmpa Keyserlinga Kanclerza Statuum
Xięstwa Kurlandzkiego toż podobno negotium do WMPana jako y do mnie popierają=
cego, ażebym y Ja odpisał Onemu conformiter do wielkich zawsze et summa pruden=
tia ułożonych WMPana remonstracyy. ~ Od Ukrainy y Podola niemasz nic
osobliwego nadto, że w tamecznym kącie muscitat fama o przebieraniu się deklaro=
wanych Cesarzowi Jmci Posiłkow Moskiewskich na połonne: ale ten odgłos potrzebuje
konfirmacyi. ~ To u mnie naybardziey całe życzenie constans et stabile żem jest Etc.

61.) A Rege Prussiae ad Suam Regiam
Majestatem Polonorum. ~ . —.

Fridericus Wilhelmus Rex Borussiae etc. — P. T. Ad Majestatis Vestrae 27.
Novembris proxime elapsi anni datas ad Nos Literas ratione Controversiarum Nos
inter et Regnum Poloniae observantium respondere distulimus Mjsti Vestrae mor=
bo impeditae molesti esse nolentes. ~ posteaquam vero perjucundum ad Nos perla=
tum est Nuntium Majestatem Vestram convaluisse; certissimo est documento, Deum
Optimum Maximum Sacratam Majstis Vrae Personam, Ipsi percharam, Europae sa=
luti, et Poloniae Regni reliquarumque sibi subjectarum provinciarum bono,

consez

—"—. = conservare voluisse. ~ Gratulamur redditam Majestati Vestrae valetudinem, ex intimo cordis affectu; Summum orantes Numen ut quod Divinae Ejus placuit Providentiae ad effectum deducere et Mjstem Vestram ad extremam usque senectutem ad quam ulli mortalium pertingere unquam licuit, salvam, sospitem, et incolumem superesse jubeat. — · Quod praeterea ad praedictas controversias attinet; Mjstatem Vestram persuasissimam esse rogamus, Nos, prout etiam ad hoc usque tempus reapse abunde satis testatum dedimus, justam et aequam harum complanationem et compositionem candide exoptare et ardentissime desiderare lubentissimos omne id collaturos quod fini huic obtinendo inservire poterit. ~ Non enim sine ingenti animi voluptate animadvertimus, permultas Nostras in hac materia factas declarationes datasque Responsiones quas cum plurimis Europae Ctulis communicavimus, Eisdem adeo probatas fuisse, ut sine aperta justitiae laesione ab aequis rerum aestimatoribus nec rejici nec reprobari posse existimaverint. ~ Unica saltim Polonia in diversam abijt sententiam, durantibus novissimis Comitijs Grodnensibus in id tandem Consilij prolapsa quod Majestate Vestra Interprete plenius Nobis innotuit; ut nimirum attentata quae Nobis veluti contra Pacta commissa imputantur et quorum nec unius meminimus, modo quod ajunt praeliminari tollenda et abolenda curemus usque ad continuandam hanc negotiationem in tempore utili, quo affamine Majestas Vestra in Litteris Suis usa est; Nostros ablegemus Ministros ne Mjstas Vra id exequi necesum habeat quod pluribus modò memorata Constitutione Grodnensi stabilitum est in eo consistens ut Universae Nobilitati Polonicae contra Nos excitae in expeditionem bellicam proficisci mandetur. ~ – Equidem non ignoramus quod de ejusmodi Poloniam inter et Nostram Prussiam per designandos ab utraque litigantium Commissarios examinandis sopiendisque controversijs pacta praescribant Velaviensia; quibusque stare quid? quod obsecundare? volupe semper erit, dummodo et Majestati Vestrae placuerit de tempore, loco, et modo apud Commissionem ejusmodi procedendi Nobiscum in certas convenire leges! At enim vero apud Eandem dictatoria Autoritate et per praeceptum Nobiscum agere velle eo minus credibile videtur, quo clarius in omnium incurrit oculos, Prussiam Nostram jure Supremi Dominij cum summa et absoluta potestate habendi et regendi a Nobis fiducia plenis possideri, Majestatem Vestram nihil his adversum a Nobis expetituram. ~ Non possumus non occasione hac monere, Nos Commissionem tam splendidam tamque solennem, et quae ex parte Reipublicae Poloniae ex Commissariorum numero praeter morem magno cum ex Senatorio tum Equestri Ordine constare fertur, eo pacto adgnoscere non posse, ut Nobis in Collationes utrinque habendas non quà Regi sed tanquam mero Duci in Prussia consentire

nec

nec delegando a Nobis Plenipotentiario paribus honoribus, quibus coeterorum = Exterorum Regum Ministri apud Polonos colantur, frui colloquijsq. interesse liceat. ~ Etenim Nobis nostraeque Domui Regiae ab initio inde hujus saeculi ad praesens usque tempus, eaedem nec minores honorum itemque dignitatis Regiae significationes, quam quae erga reliquos Reges adhiberi consueverunt, a Summis Europae Imperantibus adferuntur: et quamvis opinio in Polonia invaluerit, Regium Nostrum Diadema Fridytae Reipublicae in secuturis temporibus damni vel detrimenti quicquam allaturum, tot annorum tamen experientia sat superque confirmavit, tantum abfuisse ut Regni Poloniae juribus et praerogativis axiomate Titulogue Nstro Regio derogatum fuerit; ut potius sarta, tecta, salva et integra manserint mansuraque sint. ~ Quin imo, prompti, paratique erimus omni tempore ad majorem securitatem amicissimae Reipublicae, circa hanc sollicitudinem ulteriori declaratione praestandam, certò confidentes, quòd si ad propositum adeo solennem Congressum deveniredebeat, Dignitatis Nostrae Regiae adgnitionis articulum ante omnia prius expeditum, et juxta eum mandatorum formulas utrinque conceptas, ac non secus modum apud Commissionem procedendi rite definitum iri. ~ —Quippe, quia alias timendum foret, ne si in hoc Conventu, in quem indubiè totius Europae oculi animiq. convertentur, discrimen Nos inter aliosque Europae Reges fieri admitteremus, id ipsum a Summis Potestatibus qui sponsionem de assumpta Regia dignitate Nobis evincenda per solennes Tractatus in se recepêre, in malam consequentiam trahatur, varijsque maximi praejudicij sequelis causam praebeat. —. ~ . —. ~

= Supereft adhuc, ut pace ac venia Mjstis Vrae et qua par est pro ea consideratione, de clausula universam Nobilitatem Polonicam convocandi Constitutione Grodnensi adjecta et a Mjte Vestra in Suis ad Nos exaratis Literis reiterata paucis dicamus: ~ novum hunc pactisque Velaviensibus non consentaneum Nobiscum procedendi modu, vel eo ipso tempore quo Prussia Nostra Vasallagij vinculo Poloniae Regno adhuc erat adstricta insuitatum, multominus in praesentia rerum locum inventurum. ~ Peregrini certò foret velle esse ignarum normae quae saepe memoratis pactis, eo casu quo Eisdem pars alterutra contravenerit nec his amicabilibus componi queat, sapienter cavetur; ne statim conscriptae totius Nobilitatis Poloniae ope et auxilio ad omnia quaecunque placuerint contravenientia vi constringatur, sed ut Mediatores et Fidejussores horum Pactorum prius compellari et ab Jstis remedium expectari debeat. —. Facebimus ea quae Pace Olivensi non modo sed et Gentium jure tali casu dispofita reperiuntur: de medijs scilicet liteq. inter Vicinos sine armorum vi amicabili modo dirimendi; ad quorum acceptationem multoties Nos obtulimus et repetita vice

90. — .= denuo hisce offerimus. ~ Ut autem longe duriori Conditioni, cui ~~quam~~ omnes Praedecessores Nostri in Prussia vel ante Pactorum Velaviensium sanctionem subjecti non fuêre, Nos submittere aut subditorum instar Magistratui parentium simpliciter in id consentire eique subscribere debeamus, quod Supercilio Dictatorio Nobis imperabitur, nec minus nec alia qualibet immerita violentia cogi Nos adducive patiemur; speran-8 tes de coetero a celebrata Majestatis Vrae justitia et generosa inclytae Polonorum gentis aequanimitate, nihil quidpiam via facti contra Nos ausum iri. — Simul ac quoque Majestati Vestrae, ea quae modo a Nobis summa necessitate eò adactis ex clarissimis fundamentis juxta Pactorum tenorem exposita et prolixius deducta sunt, pro Excelsae Mentis Suae acumine et indole penitius expendere, Nosque Responsorijs saepe dictis tamen Pactis conformibus dignari libitum fuerit; Majestatem Vram vicissim, quae de amicis nominandos inter ex utraque parte Commissarios adornandis maturandisque colloquijs Nostra sit sententia, certiorem reddituri: nec praesenti nec quavis alia nascitura occasione demonstratum ire deerimus, primas primariasque Regni Nostri curas eò tendere ut constantissimam amicitiam optimamque semper vicinitatem cum Majestate Vestra et Illma Polonorum gente non solum alamus sed et ut edendis sinceri Nostri affectus et studij speciminibus Orbi Universo patescat, nihil prius nihil antiquius Nobis esse quam ut si quid rei Pactis adversum forte jam irrepserit vel posthàc irrepturum sit, extemplo et sine ulla mora tanquam maxime Nobis displicaturum e medio tollatur. ~ Dabantur Berolini 22. Februarij 1727. ~ . —.

62.) Responsum a Sacra Regia Majestate Polonorum ad Regem Prussiae. ~

Post Titulum = ~ . Sincerum Majestatis Vestrae affectum de valetudine Nobis restituta gratulantem in Literis die 22. Febr. ad Nos datis grato percipientes animo Divinum exoramus Numen, ut Mjstem Vram salvam et incolumem in multos conservando annos de constantissima Ejus integritate Nos continuo gaudere faciat. ~ Voluntas quoque Mjstis Vrae non tam controversias quam potius manifestas ac notorias Reipublicae injurias contra expressam obloquentiam Pactorum Velavienfium illatas justo ac aequo modo reparandi, Nobis nihil nisi ipsum hujus reparationis effectum desiderantibus, aequè accepta quam Illis Europae Atulis quibus, ut Majstas Vra innuit, hocce Suum communicavit propositum. ~ Nec est quod Mjstas Vestra de intentione Reipublicae diversum quidquam praesumat; postquam Tractatus, ad quem cum Majste Vra ineundum ante viginti et ultra annos Mgnus Comes de Prebendaw Przebendowski Supremus Regni Thesaurarius Legatus Noster destinatus est, totum convincit orbem, nullatenus Reipublicae Polonae imputandum esse, quod inceptus

huius

hucusque exoptato careat progressu: quin imo illa ipsa Commissio, quam Ordines = Reipublicae ad negotium a Mgfco praedicto Thesaurario Supremo inchoatum pro omni posse tandem perficiendum in ultimis Comitijs Grodnensibus unanimiter sanciverunt, luculenter attestatur, eosdem Ordines prae omnibus amicam dictarum injuriarum intendere compositionem. ~ Quamvis enim praeter anteriora praejudicia, Respublica Polona ex parte Majestatis Vestrae etiam alijs plurimis novissimis, s: quae toties Ministris Majestatis Vrae in punctis, Responsionibus, Declarationibus, specificata et deducta fuēre, et nunc Ministro praesenti circa has Literas pro revocanda eorundem memoria exhibentur:/, coeterisque infractionibus, se laesam juribusque Suis pro libitu diminutam sentiat; nihilominus de aequanimitate Mjstis Vrae optima quaeque adhuc sibi persuadens, nonnisi eo intuitu per Mgfcum Supremum Thesaurarium Regni ac Alios ex Senatorio et Equestri Ordine denominatos Commissarios, Majestatis Vestrae Ministro sive Ministris ad id specialiter destinando vel destinandis plenariaque potestate instruendo vel instruendis, amicam istam compositionem praeliminariter in antecessū tentare constituit; mediationem Principum aliorum si necessitas eandem exegerit haud declinatura post accomodationem praemissorum. ~ Tantum enim abest, ut clausula de universa Nobilitate Polona convocanda Constitutioni Grodnensi adjecta, Dictatoriam Authoritatem uti Majestati Vrae eandem interpretari placuit sibi sumat; sed potius ut ipsissima verba ejusdem clausulae „ in casu denegatae justitiae ex parte Maje- „ statis Vestrae " clarissime probant, Rempublicam Polonam Decretoriam in Comitijs Generalibus potestatem habentem ad justitiae normam id unice desiderare, ut si praeter spem de aequanimo Majstis Vrae pectore adhuc sibi factam, speciosis toties quoties hucusque frustrata pollicitationibus ipsum promissionum effectum non assequeretur, in tali casu prorsus desperato statim Respublica in Campestribus Comitijs congregata consilio et praesidio sibi non deesse possit; non permittendo ulterius incessantes subditorum Nostrorum tam ex Polonia quam ex Lithuania, Prussia, Varmia, explagiationes sive continuas abductiones, a continuis querelarum super hoc molestijs eliberando, ac coetera attentata contra anteriora pacta pacificis modis ac medijs in statum immediatum restituendo. ~ — Titulum Regium quod attinet quem Majstas Vestra ante omnia expeditum desiderat: Mjstis Vrae memoriae procul dubio inhaerent fundamenta Ministris Ejus desuper antehac jam exposita, quibus Respublica suas fulciat contradictiones: nulli tamen dubitamus quin modo Majestas Vestra in praedictam negotiationem praeliminarem quam primum sincere consentire ac justissima quaeque admittere diutius non detrectet, possibile futurum sit ejusmodi etiam adinveniri posse medijs

= = media quae prius in privatis Conferentijs principaliora obstacula facilitare penitusque removere valebunt, antequam solennis in Comitijs Grodnensibus in eum finem constituta jamque ad diem sextum Mensis Octobris anni currentis indicta Commissio initium sortiatur. ~ Finaliter Majestem Vestram certificatam esse volumus, Nos libentissime ea omnia quaecunque ad restituendam conservandamque veterem Reipublicae cum Mjste Vrā amicitiam contribuere possunt diligenter promotivros. De coetero Majesti Vrae optimā valetūdinem a Deo precamur. Dab. Varsaviae d. XXVII. April. 1727.

= Novissima Attentata et praejudicia exposita toties ex parte = Reipublicae Aulae Berolinensi ~

= 1°) Continuae violentae hominum abductiones ac ad militaria servitia adactiones.

= 2°) Ecclesia Lisnoviensis Catholicis adempta et Lutheranis adscripta. —. ~.

= 3°) Ecclesiae Lindensi, ibidemque Residentiae Patrum Societatis Jesu fundi ac taberna adempta; Acatholicus in eadem taberna locatus; in praejudicium loci sacri domunculae erectae cum introductis Musicis saltiferis liquorumque propinationibus; contributionesque ab Eisdem Patribus solvendae noviter impositae ad fiscu coactivè nunquam olim practicatae. —. 4°) In Praefectura Drahimensi facta derogatio Juribus tam loci-Ordinarij Posnaniensis quam Parochialibus cum oppressione Religionis Catholicae Romanae, cum diminutione proventuum antiquorum, Capellae intra muros Ecclesiae Catholicae per Commendantem disjectione, Lutheranae vero contra prohibitiones legitimas de facto extructione, et cum ademptione coeterarum Ecclesiarum filialium Catholicarum. —. —. 5°) Propugnaculum Bolwerkschantz militari manu occupatum ac Domus vigiliarum in Suburbio Elbingensi insessa. —. —. 6°) Militaris impeditio invectionis Salis transmarini Elbingensibus a Saeculis usitatae, invehendique in aquam projectio. —. 7°) Interdictum, ne ex territorio Elbingensi Capitatio pro punctuali Militibus Reipublicae solutione levetur. —. —. 8°) Impetitiones quibus Officiales et Milites Brandeburgici ex quocunque vano praetextu Civitatem Elbingensem fere continuo lacessunt, prouti fecerunt ratione accolae Elbingensis Lemke et aliorum. —. ~. 9°) Edicta invectionem certorum mercimoniorum, utpote frumentorum in Prussiam Orientalem Polonis, Lithvanis ac Prussis Occidentalibus prohibentia; nec non impositae gravissimae accisae liberrima eorum commercia omnino impedientes. —. —.

= 10°) Cursus monetae valoris et ponderis Prussicae multo minoris ex Marchia in Prussiam introductus. ~. —. 11°) Attentata Orientalium Prussorum lacui Drausen adhabitantium, ac in specie Kielbornensium et Althoffensium in certa praefati lacus parte piscationem privativam sibi arrogantium, arendatoremq ejusdem

lacus

lacus Drausen in purgandis ex eadem parte herbis impedientium. ~ . —.

63.) A Sacra Regia Majestate ad Regem in Prussia favore Civis Gedanensis. —.

 — Jmpan Generał przed Jmpanem Czesnikiem, że ludzi dwa tysiące ma bydź na Morżu u Graffa Morytza. ~ Respons Temuż Jmpanu Generałowi Moskiewskiemu osobliwie in puncto tamowania Commissyi odłożony jest do jutrzeyszego dnia. — Także dnia dzisieyszego sądziła się Sprawa Xcia Jmci Kurlandskiego z Xiężną Jmcią Saxokoburską: gdy jeszcze się nieskończyła do jutra jest odłożona. ~. —. ~. —. ~. —.

= Die 17. praesentis. po Mszy S. rano Xże Jmc Warmiński z Jchmc PP. Commissarżami zaprosił na audyencyą Jmpana Generała Lesse dla dania Jmci Responsu; jakoż dał Xże Jmc ustnie Respons przy Jmcpanach Commissarżach in hunc sensum: = Że nie dla czego innego Respons teraźnieyszy zatrzymaliśmy tylko żeśmy się spodziewali słusznieyszych propozycyi; że zaś przy tey dawney jedney obstajesz Wmmpan jest Nam to w podziwieniu, ile że contra jura gentium y przeciwko Sojuszom w Naszey Prowincyi chce się Car Jmc rządzić y przez Wmmpana fomentuje y buntuje Obywatelow Tey prowincyi, o co przed całym Swiatem protestować się będziemy y to deklarujemy że od exekucyi tego co Nam Jego Król. Mość y Rżeczpospolita zleciła odstąpić niemożemy, y poniekąd pro ruptura Sojuszow takową propozycyą rozumiećby potrzeba, y prosiemy o deklaracyą Wmpana jakim sposobem masz przeszkadzać tey Commissyi, ? czy masz Wmpan Ordynans? — „ Czego że nie dobrże zrozumiał po Polsku Jmpan Generał Lesse, tedy Jmpan Wojewoda Połocki po Francusku Onemu tłómaczył; y Jurament Szlachty Kurlandskiey jako circa subjectionem Sui Królowi Jmci y Rżeczypospolitey przysięgli przeczytał, jako deficiente Stirpe Gotarda Ketlera ta Prowincya do Jego Król. Mci y Rżeczypospolitey należeć powinna, ani prawa obierać sobie Xięcia nowego albo infeudować Kurlandczykowie mają explikował; y to namienił że gdyby Rżplta w Jnflanciech do których ma prawo podobnym sposobem Obywatelow tamecznych buntować miała, niewiem jakby Car Jmc przyjął to? — Zaczym y Wmpana prosiemy abyś Nam tu Szlachty niefomentował! ~ Na to odpowiedział Jmp. Generał: że mam Ordynans przeszkadzać tey Commissyi, ale niemam Ordynansu jak tamować Oneyże. — po tey Audyencyi y Responsie odszedł do Siebie i miał pisać do Petersburga o tym. ~. —. Tegoż dnia była Sessya, y sądziła się in continuatione sprawa z Xiężną Jeymcią Saxokoburską: tegoż dnia continuabatur Seymik Mitawski na który zaprosili PP. Deputaci PP. Consiliarżow Swoich aby się z Nimi złączyli, y przysłali czterech Deputatow do Kommissyi podczas Sądow Kommissarskich prosząc o zatrzymanie Spraw tych Jchmciow którzy są na

Seymik

Seymiku, także z Panami Consiliarziami, bo Jm ad praesens attendere = —. niemogą: jakoż do Piątku przyszłego takowe Sprawy onychże są zatrzymane: były także czytane Suppliki różne, na które deklaracye od Sądu Commissarskiego supplicantibus dane: posłany także e medio Jchmć panow Comissarzów Jmpan Krasiński Cześnik Ciechanowski do Jmpana Generała Lesse z rekwizycyą względem Papierow Graffa Morytza, aby jesli niemogą bydź wydane, przy jednym z Jchmć Panow Commissarzów zrewidowane albo spólnie zapieczętowane były; także dla konferencyi względem oddania y odebrania rzeczy y ludzi Graffa Morytza. —. ~

=Die 18. Septembris. Continuabatur Seymik Mitawski: Sądy się odprawowały: po Sądach Jmx. Opat Sieciechowski Sekretarz Kommissyi Jmp. Landhofmistrza tutecznego, którego doniesiono jakoby miał z Moskwą w jakieś kointelligencye wchodzić, Sam od siebie o to napominał; ale się zaprzysięgał Landhofmistrz że to niejest y nikt mu tego dokazać niemoże, y że sacrosancte obserwuje zakazanie Commissarskie. — . ~ . — . ~ . — . ~ . —.

=Die 19. Ejusdem. Izba Poselska z Seymiku Generału Mitawskiego z Jmpanem Martfeltem Marszałkiem Swoim witała Jchmć panow Commissarzów pod czas Sessyi, oraz wniosła Instancyą do Xcia Jmci y Jchmć pp. Comissarzów za P. eMedem aby z Aresztu był wypuszczony y tu odesłany; y supplikowała o Amnestyą uniwersalną y tym ludziom którzy Graffowi Morytzowi assystowali et in captivitate zostają; także za Jmp. Karpiem; y aby Instygatorskie sprawy w Sądach Relacyynych Jego Królew. Mości jako y tu do Regestru wpisane były skassowane; y aby circa exercitium liberum religij swojey y przy tych dobrach które possident hypothecario modo potym in perpetuum jure haereditario in casum sterilium fatorum Xcia Jmci Ferdynanda zachowani byli; y aby Summy z których Carownie Xięztwie Kurlandzkiey Cessye poczynili .... Na co Jm odpowiedział Xże Jmć: że dopiero dana będzie na te desideria deklaracya kiedy wprzód Dekretowi Commissarskiemu zadosyć uczynią, który Dekret przeczytał onymże Jmpan Pisarz Dekretowy Koronny: a w tym Dekrecie te principaliora puncta są; aby Konstytucyą Grodzińską przeszłoroczną plenarie przyjęli; Deprekacyą Jego Królewskiey Mości y Rzeczypospolitey przez Deputatow na przyszłym Seymie uczynili; żeby się wyprzysięgli Elekcyi Graffa Morytza y. eliminowali z Akt Swoich wszystkie Instrumenta o Tey Elekcyi pisane; także aby przysięgli Jego Król. Mości y Rzeczypospolitey że do żadney nigdy na potym podobney Elekcyi niebędą przystępować, ani żadney pretensyi mieć po śmierci Xcia Jmci Ferdynanda do obierania Sobie nowego Xięztwa. — Opisana jest w tym Dekrecie obszerna rotha juramentu: o którego Dekretu kommunikacyą prosili, ponieważ po Łacinie pisany jest żeby go

Sobie

 — = Sobie po Niemiecku przetłómaczyć kazali: jakoż z Kancellaryi Komissarskiey wydany jest. — . Tegoż dnia po południu sądziła się Sprawa między Xiężną Saxokoburską y Xciem Jmć Kurlandskim y P. Freydenem aż do godziny dziewiątey w noc. —.

134.) Decretum Commissionis, proponens Nobilibus Curlandiae praestandum Juramentum super omnimoda Subjectione Regi et Reipbcae Polonae.

Nos Commissarij Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, inhaerendo Legi per Constitutionem Comitiorum Generalium Grodnensium Anno proxime praeterito millesimo septingentesimo vigesimo sexto latae, in Termino post indicta Authoritate Sae Regiae Mjstis et Nostra Commissoriali Comitiola et in Districtibus jam celebrata conservato et ex Limitatione provenienti, Eandem Constitutionem in fundamento Pactorum Originalium Subjectionis et Incorporationis Regno et Magno Ducatui Lithvaniae horum Ducatuum atque Juramenti Regibus Poloniae Magnisque Ducibus Lithvaniae per Nobilitatem circa eandem subjectionem et Incorporationem praestiti latam, integre et plene ad executionem deducendo, per quae Pacta Originalia cum Sernmo olim Sigismondo Augusto Rege Magno Duce Lithvaniae Regnoque Poloniae et Magno Ducatu Lithae inita, Nobilitas horum Ducatuum cum Illrmo Gottardo Kietlero protunc Ordinis Sui Magistro postea Duce creato Eidem Serenissimo Augusto et futuris Regibus Magnis Ducibus Lithvaniae Regnoque Poloniae et Magno Ducatui Lithvan. in protectionem et Clientelam ad instar Terrarum Prussiae se subjecit et incorporavit, nec ullam reservationem eligendi Sibi vel infeudandi novi Ducis deficiente stirpe mascula praefati Illrmi Ducis Gottardi Kietleri reliquit, imo tam praedictum Serenissimum Sigismundum Augustum quam et Sernmos Successores Reges Poloniae Magnosque Duces Lithvaniae Regnum Poloniae ac Magnum Ducatum Lithvaniae uti directos supremos et naturales Suos Dominos agnovit, fidelitatemque Suam Jisdem Regibus Regnoque Poloniae ac Magno Ducatui Lithvaniae circa novam cujuslibet Ducis de hac linea Kiettleriana procedentis Investituram ac in Commissione Anno millesimo Sexcentesimo decimo septimo circa constitutam formulam Regiminis Juramento praestito ad eandem fidelitatem pro semper servandam, nec quemquam alium nisi Regem Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithae in casum deficientis Ducalis lineae Kietlerianae pro Dominis directis et immediatis se habere obstrinxit, ac juxta memorata Pacta hi Ducatus ad solam et unicam familiam ejusdem Ducis de lumbis descendentem masculam, quoad utile Dominium eorum durante hac Linea pertinent, Supremum vero et directum Dominium semper usque ad praesens tempus et utile etiam ac immediatum in casum sterilium fatorum moderni

moderni Illmi Ferdinandi Ducis ad Sacram Regiam Majestatem Regnum = Poloniae et Magnum Ducatum Lithie spectat: quibus Pactis, Legibus, et Privilegijs, Juramentisque e diametro Nobilitas horum Ducatuum contrariando, vivente Illustrissimo Duce Ferdinando, et Sacra Regia Majestate ac Republica inconsulta et irrequisita imo per Rescripta Sua prohibente, Ducem Sibi Mauritzium Comitem Saxoniae temere ac nulliter eligere praesumpsit, Curidemque jam pro hoste Patriae Constitutione Grodnensi declaratum ex instinctu malevolorum sequi et manutenere non intermisit; taliterque Cardinalia Jura Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae ac hujus Provinciae evertit et convulsit: idcirco reservato contra latae legis infractores judicio decernimus; quatenus tam Generosi Supremi Consiliarij quam Majores et Minores Capitanei, Universique pro praesenti Conventu Deputati Suis et totius Equestris Ordinis horum Ducatuum nominibus plenarie et absolute Constitutionem Grodnensem absque ulla restrictione per publicam Suam declarationem manibus proprijs subscribendam et Sigillis Suis consignandam et firmandam instantanee acceptent; Deprecationem solennem, ratione usurpati indebite contra Inhibitionem Sacrae Regiae Majestatis Conventiculi et attentatae pseudoelectionis aliorum attentatorum, Sacrae Regiae Mjsti et Reipublicae in futuris proxime celebrandis Comitijs Regni Generalibus per Suos Deputatos praestent; Conventum Pseudoelectionis Ipsumque Pseudoelectum ac intrusum, atque omnem praetensionem Novi Principis eligendi vel infeudandi in casum Sterilis decessus moderni Illmi Ferdinandi Ducis in perpetuum instantanee ejurent; ac Sacrae Regiae Majestati et Reipublicae super omnimoda et invariabili Subjectione juratorie caveant in eam Juramenti rhotam: = „ = Ego N. juro Deo Omnipotenti in Sancta Trinitate uni Serenissimo Augusto Secundo Regi Poloniae Magnoque Duci Lithvaniae et Serenissimis Successoribus Ejus Regibus Poloniae Magnisque Ducibus Lithvaniae et Reipublicae: Quia circa dignitatem Illius et integritatem Reipublicae semper stabo, et tam pseudoelectum Mauritium Comitem Saxoniae uti hostem hujus Patriae, prout et quemvis alium, qui Dux post fata Illustrissimi Ferdinandi Ducis in casum steriliter sine mascula de lumbis prole decedentis esse vellet, ejuro; et alium Dominum et Ducem Curlandiae praeter Regem Poloniae et Magnum Ducem Lithvaniae ac Rempublicam non agnoscam nec habere volo; in nullas factiones et intricationes cum exteris damnosas Regi Poloniae Magnoque Duci Lithvaniae et Reipublicae intrabo, neque Correspondentiam cum externis intuitu hujus provinciae habebo, et sincero corde Externas protectiones ejuro; neque super avulsionem hujus Provinciae a Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithvaniae practicabo; immo pro retentione

172. — = hujus Provinciae circa corpus Reipublicae vitam et fortunam litabo ; et contra talem qui novam Electionem vel etiam sine illa novam inferdationem Ducis Curlandiae et Semigalliae practicare vellet, tanquam contra hostem Patriae consurgam; sic me Deus adjuvet et Sanctum Ejus verbum . — = „ Post quod juramentum praestitum, in casum sterilium fatorum Illmi moderni Ducis Ferdinandi, omnes Status Ducatuum Curlandiae et Semigalliae idem juramentum observare tenebuntur; nulli alio quam Regibus et Regno Poloniae Magnoque Ducatui Lithuaniae immediate parēre subjectique esse debebunt; neque quemquam alium Ducem nisi Reges et Regnum Poloniae ac Magnum Ducatum Lith.e tanquam directos, supremos, naturalesque, et tunc jam utiles, ac immediatos Dominos suos agnoscere, ac fidelitatem subjectionemque praestare nisi solis Illis tenebuntur; et in commemoratorum Regum Regnique Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae potestatem recident sine ulla cunctatione tam quoad utile quam et directum et merum Dominium, obedientque; Veteribus tamen juribus et privilegijs ac Libertatibus Eorum tam in Spiritualibus quam in saecularibus, etiam quoad liberum exercitium Augustanae Confessionis cum qua ad Rempublicam accesserunt per Pacta Subjectionis et incorporationis cautis ac per Constitutionem Grodnensem asecuratis salvis manentibus, salvo quoque jure et usu Religionis Romano-Catholicae in formula Regiminis prescripto et per Constitutiones Rnī approbato. Quae premissa facturi sunt pro debita erga Sacram Regiam Majestatem et Rempublicam uti directos Dominos sua fide et obedientia, ac sub poenis contra Convulsores Legum sancitis et rigore in eadem Constitutione Grodnensi expresso: insistendoque anteriori Decreto Nostro decernimus; quatenus juxta praescriptum ejus Actum Conventiculi seu Instrumentum pseudoelectionis prefatae ac omnia scripta et Documenta eandem concernentia tanquam per se nulla jamque cassata ex Actis publicis et ubicunque reperibilia eliminent, Eidemque Decreto Nostro anteriori satisfaciant sub simili rigore in eadem Constitutione Grodnensi expresso. Tum demum, expletis his omnibus tanquam conditionibus sine quibus non, ad desideria et repraesentationes pro commodo et utilitate horum Ducatuum, respectu futuri eorum Regiminis et Ordinationis in casum sterilium fatorum moderni Illustrissimi Ducis Ferdinandi Nobis faciendas et proponendas, vigore prealligatae Constitutionis Grodnensis accedant, eaque projective et relative ad approbationem Sacrae Regiae Mjstis et Reipublicae in futuris proxime Deo dante Comitijs Generalibus Nobiscum disponant et determinent, Illis demandamus. ~ . —.

Die

=Die 20. Ejusdem. - Zasiadł Xże Jmc z Jchmcpanami Commissarzami = na Sądy przed południem: przyszli do Izby Commissarskiey Deputaci z Seymiku y upraszali o prorogacyą czasu do przyszłego Czwartku, bo dopiero sobie ten Dekret przetłómaczyć po Niemiecku kazali aby go wszyscy zrozumieli: na co Xże Jmc ex mente całey Commissyi odpowiedział; żeśmy się spodziewali iż dzisieyszego dnia do wykonania Dekretu osobliwie in puncto juramenti mieliście Wmmc przyyść, y luboby czasu dalszego pozwolić nienależało, jednakże na affektacyą dla następującey jutrzeyszego dnia Niedzieli S. nie do Czwartku ale do Wtorku tego czasu pozwalamy do godziny dziewiątey poranney, na którą godzinę abyście Wmmc przyszli y we wszystkich punktach temu Dekretowi zadosyć uczynili: za co podziękowawszy Deputaci odeszli. ~. Tegoż dnia Jmpan Generał Lesse był u Xcia Jmci z Generałem Wibikow donosząc, że już o trzy mile na granicy wszyscy więźniowie y rzeczy Moryczowskie są stawione, aby do odebrania ich pod Regestrem kogo deputowano: tak tedy Xże Jmc y wszyscy Jchmcpanowie Commissarze e medio sui uprosili y deputowali Jmpana Krasińskiego Cześnika Ciechanowskiego do odebrania tychże więźniow; a że od rzeczy kilkaset podwod potrzeba także y do Armaty sprowadzenia koni, więc Panowie Oberraci wodą one sprowadzić deklarowali tu do Mitawy; gdzie zaś te rzeczy złożyć secure? y jakim kosztem tych Więźniow lenungować? y gdzie ich obrócić? wzięła to Commissya na deliberacyą; a o papiery Morytzowskie znowu Commissya instabat aby były pod pieczęciami utriusque partis póki rezolucya z Petersburga nieprzyydzie na którą się Generał Lesse odwoływał. ~. —. ~.

=Die 21. Ejusdem. - Zaczął się tu dziś Jubileusz który się przeszłego roku w Warszawie odprawował: Xże Jmc Warmiński Processyą miał, przed którym Bullam ejusdem Jubilei niesiono, y Samże pontificaliter Summę celebrował. ~ Eadem die traktował wszystkich Deputatow albo Posłow powiatowych z P. Marszałkiem Onychże. Tegoż dnia traktował Jmcpan Wojewoda Trocki Jchmcpanow Commissarzow, kapelija była u JEmci Regimentowa Jmpana Generała Mira; nad wieczorem Xiężna Jmc Kurlandska oddawała Wizytę JEymcpani Wojewodzinie Trockiey y tańcom się przypatrowała. ~.

=Die 22. Ejusdem. poranu Sądy były: po południu zaś była Konferencya. Eadem die JEymćpani Karpiowa z Córeczką była u Xcia Jmci supplikując z płaczem za Małżonkiem Swoim Jmpanem Karpiem o Amnestyą y u drugich była Jchmcpw Commissarzow.

=Die 23. Ejusdem. rano przybyli do Xiążęcia Jmci Deputaci Kurlandscy z pm Marszałkiem Swoim deferendo; że Pan Wilman Kurlandczyk Szwagier Generała Minicha u Moskwy będącego Jmieniem Jmpana Generała Lesse deterruit Szlachtę Kurlandską aby do Exekucyi Dekretu die 19. praesentis ferowanego nieprzystępowali;

bo to

„ — = bo to co in executionem jego uczynią będą musieli retractare, y za teb Jch
ztąd wezmą do Siberyi, y kontrybucye wielkie płacić będą musieli jak do Exekucyi
tego Dekretu przystąpią. ~ Więc gdy się wszyscy Jchmćpanowie Wojewodowie y Com=
missarze do Xcia Jmści zeszli, prosili do siebie Jmćpana Generata Lesse; jakoż nie
omieszkanie z panem Generatem Wibikow przybył: miał tedy Xże Jmć do Tego
Generata Lesse Mowę in hunc sensum = „ = że to w wielkiem Nam jest wszyst=
kim podziwieniu, iż po tak wielu expostulacyach Naszych tu w kraju naszym
W: mpan się rządzi y pogróżki Kurlandczykom takie czyni że Onych chcesz Wmpan
sequestrować, kontrybucye nałożyć, y inne Wmpan pogróżki czyni:= Subjunxit
Jmpan Wojewoda Mazowiecki; że Car Jmć zmarły trzy Traktaty z Turkiem za=
wierał, a te niemogły bydź skutecznie bez Nas zawarte; dopiero gdyśmy w te
Traktaty weszli wieczny Sojusz z Turkiem y z Nami Car Jmć uczynił; a teraz
przeciwko temu Sojuszowi Rządy w Naszey Prowincyi Car Jmć sobie uzurpuje
przez Wmpana; tedy o to się protestować będziemy y do Porthy Ottomańskiey na=
piszemy że ten Sojusz jako z Nami tak z Nimi rwiecie; pisz to Wmpan do
Cara Jmści Pryncypata Swego, mówił więcey zelose po Francusku do Tegoż Jmpana
Generata Lesse: = Jmpan Wojewoda Trocki y Polocki do tego się przymawiali:
Zmieszany tedy Jmpan Generat Lesse odpowiedział negando, żem żadnemu Szla=
chcicowi nieżlecał tych pogróżek czynić y proszę o to aby mi to w oczy mówił;
a Jmpan Generat Wibikow powiedział że to Kurlandczykowie z kaffenhausu
takie nowiny sobie wymyślają, my w tym niewinni. ~ —. To się działo przy
Deputatach y Jch Marszatku y inney Szlachcie Kurlandskiey. – Kiedy liż
Generałowie odeszli, pojechali wszyscy Jchmćpanowie Commissarze na Ratusz
na Sessya; gdzie przybyli znowu Deputaci Kurlandscy y Szlachta inna z Mar=
szałkiem Swoim y podali in Scripto Supplikę do Commissyi; w którey submisse
exkuzowali praeterita attentata, y czyniąc zadosyć Dekretowi comportarunt
Elekcyą Graffa Morytza y renuncyacyą jey czynili; także Comportata z Graffem
Morytzem czynione na których się Graff Morytz ręką Swoją podpisał, y inne
do Tey Pseudoelekcyi należące Instrumenta Oryginalne z podpisami y pieczę=
ciami Swoimi poddawali; y że więcey o żadney Elekcyi in casum steri=
lium fatorum Xcia Jmści Ferdynanda myśleć niebędą; y że chcą bydź zaw=
sze sub obedientia et invariabili subjectione Jego Królewskiey Mości y Rze=
czypospolitey, submittowali się; oraz supplikowali, aby Juramentu który Im
nakazany jest a Bracia w Domu pozostali o nim niewiedzą, był odłożony,

pókiby

pókiby Braci o nim niedowiesli, albo żeby on na przyszłym Seymie = —. wykonali; Supplikowali oraz o Amnestyą, o konserwacyą przy dawnych Paktach y prawach Swoich, et circa formulam Reiminis, przy Swojey Religij, przy Dobrach które posident, aby in casum sterilium fatorum Xcia Jmci Ferdinanda turbowani niebyli; oraz żeby Onym securitatem Comissya obmyslita, y Ablegata P. Kapitana Medem ex sequestro uwolnić raczyła: = na którą Jch Supplikę Commissio praesens Respons do Czwartku przyszłego odłożyła. Interim przywołana Sprawa GG. Instigatorum Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ przeciwko Panu Brynkowi Landhoffmistrzowi, Keyserlingowi Kanclerzowi Consyliarzom, także przko Panu Braklowi propozycya czytana o którey kommunikacyą do jutrzeyszego dnia upraszali, y pozwolona jest. ~ Tegoż dnia Jmc Pan Krasiński Cześnik Ciechanowski Commissarz powrócił od Moskwy z 88ięźriami których jest więcey niż 200. : Ci oddani są pod Komendę Jmp. Generałowi Mirowi, y osadzit Onych pro interim w Łamku Mitawskim do dalszey dyspozycyi Jchmcpanow Commissarzow, którym dziś tuteczne Miasto Chleba y sledzi na prowiant dało, ale oraz supplikowało do Commissyi aby ab hoc onere na dalszy czas uwolnione było. —. ~ . —. ~ . —. —

135.) Supplex Libellus Statuum Curlandiae ad Commissarios promittendo omnigenam subjectionem. —··

„ Celsissime atque Rndme, Illrmi atque Excellentissimi, et Magnifici Domini
„ Dni Comissarij Sae Regiæ Mjstis et Srnmæ Reipublicæ Dni Gratiosissimi!
„ Nihil Nobis gratius atque acceptius est, quam ut in omnibus fidem Nostram
„ erga Sacram Regiam Majestatem et Serenissimam Rempublicam intactam atq
„ inviolabilem servemus; neque unquam de Duce Curlandiæ in casu aperturæ
„ offerendo quidquam suscepissemus, nisi Nobis Spes fuisset Sacrae Regiæ Majestati
„ et Serenissimæ Reipublicae non ingratum futurum, in ijs ad Sacram Regiam
„ Majestatem et Serenissimam Rempublicam recurrere, quæ Pacta primoeva No-
„ bis concessisse et secundum ejusdem temporis rationem maxime necessaria
„ fuisse existimassemus. ~ At cum jam Sacrae Regiæ Majestati et Srnmæ
„ Reipublicae ea Pactorum interpretatio sit, ut in casum deficientis Lineæ
„ Kietlerianae, utile etiam ac immediatum Dominium, ad Sacram Regiam
„ Majestatem, Regnum Poloniæ et Magnum Ducatum Lithuaniæ spectet;
„ subjectissimo quoque animo hoc accipimus, denominationi Comitis Mauritij
„ renuntiamus, atque omnia Instrumenta in manibus Nostris adhuc existentia

et eandem

= et eandem denominationem concernentia, ad eorum cassationem porrigimus.
„ nominatim: 1°) Conventum publicum de dato Mitaviae d. 5. Julij Ao. 1726.
„ 2°) Pactum Combinationis de dato Mitaviæ 1726. — 3°) Delegati Nostri de
„ Rauthenburg Instructionem de dato Mitaviæ 5. Julij 1726. —. 4°) Conven-
„ tum publicum de dato Mitaviæ 11. Martij Ao 1727. —. ; promittendo, ubi ad-
„ huc praeterea quaedam invenirentur, ea quoque Nos fideliter porrecturos esse
„ et cassaturos. ~ Cum autem ad omnia ea quæ nos premunt aperienda, conce-
„ ssio benignissime data sit, s: pro qua gratiosa propensione humillimas persol-
„ vimus grates:/, proinde Celsissimæ et Illustrissimæ Commissioni humillime
„ exponendum esse duximus: quaternus de Juramento Nobis injuncto non instru-
„ cti sumus neque instrui potuimus, quoniam ejus neque in Innotescentialibus
„ neque in Intimatorialibus ulla mentio facta est, et contra Instructionem No-
„ stram aliquid promittere vel in Nos suscipere res sit facultati Nostræ non
„ subjecta, Ipsa Celsissima atque Illustrissima hæc Commissio pro prudentia sua,
„ dexteritate, atque juvandi alacritate facile perspiciet, quanta inde turba-
„ tio existeret si hac in re fines mandati excedere sustineremus. ~ Attamen
„ ut fidem Nostram et certissimum atque inviolabile obsequium interea
„ declaremus, Nos per Reversales ad ea quæ a Me Deputatorum Mareschal-
„ co Merfeld nomine Magnificorum et Generosorum Consiliariorum Supremorū
„ nec non Gnōsi Ordinis Equestris coram Celsissima atque Illustrissima hac
„ Commissione proposita sunt, fide inviolabili adstringemus adeo ut Sae Regiæ
„ Majestati et Serenissimæ Reipublicæ in casum decessus Celsissimi Ducis Fer-
„ dinandi immediate subjecti simus; in quem finem etiam denominationi
„ Comitis Mauritzij iterum iterumque hisce renunciamus, et nullo unquā
„ tempore vel de Esto vel de alio Duce constituendo cogitabimus, fidemque sem-
„ per illibatam et obedientiam super omnimoda et invariabili subjectione
„ Sacrae Regiae Majestati et Serenissimæ Reipublicæ servabimus, humilli-
„ ma atque subjectissima fiducia freti quod Preces Nostræ submississime de
„ Amnestia generali erga omnes et singulos gratiosissimum ingressum invenient,
„ et quod per Reversales vicissim a Celsissima hac Commissione expetendas,
„ Nos circa Pacta primoeva, formulam Reginiinis, Statuta, circa decisiones Commi-
„ ssoriales tam anteriores quam novellas, et lauda publica, circa possessionē digni-
„ tatum jam collatarum, nec non Bonorum Nostrorum sive Allodialium sive
„ Feudalium sive hypothecariorum sive emphitheticorum haud turbatam vel
„ turbandam, circa integram totius Rei Ecclesiasticæ, Augustanæ Confessionis,

admin

„Administrationem, ejusdemque Religionis perpetuum exercitium, — „
„libertates et immunitates, et summatim circa quecunque et omnia antiqui-
„tus acquisita et concessa Jura et Leges Patrias, tam in Ecclesiasticis, quam
„ in politicis et Soecularibus, penitus conservemur, et ut desideria Nostra
„ atque representationes pro Commodo et utilitate horum Ducatuum respectu
„futuri eorum Regiminis et ordinationis in casum sterilium fatorum moder-
„ni Celsissimi Ducis Ferdinandi faciamus atque proponamus, Jisque cum Celsi-
„ssima atque Illustrissima Commissione dispositis et determinatis, ad appro=
„bationem Sacrae Regiae Majestatis et Serenissimae Reipublicae in futuris pro=
„xime Deo dante Comitijs Generalibus accedamus, Nobis benignissime conce=
„datur. Quibus peractis, et in Jis nimirum in Comitijs Generalibus proxime fu=
„turis a Sacra Regia Majestate et Serenissima Republica confirmatis, presta-
„tioni juramenti si tum temporis opus esse judicabitur non subtrahemus: -
„ eousque autem ut Celsissima et Illustrissima haec Commissio eam differre et
„De securitate Nostra sollicitam et necessariam curam gerere, ac eliberationem
„ Ablegati Nostri Capitanei à Medem sepius et adhucdum in nuperrima audi-
„ entia humillime flagitatam decernere, et quam primum ad effectum deducere
„ non dedignetur, obnixe et humillime etiam atque etiam petimus. ~ . —.
„ Pro qua precum Nostrarum justissimarum benignissima exauditione, omni
„ venerationis cultu perpetuo perseveramus. ~ Celsissimae atque Illustrissimae
„ Commissionis Sacrae Regiae Majestatis et Serenissimae Reipublicae humil-
„limi atque obsequiosissimi. – Nomine Generosorum Consiliariorum Supremo=
„rum et totius Equestris Ordinis, Heinricus Joannes à Merfeldt pro tunc
„Deputatorum Mareschalcus mpa. Datt: Mitavie d. 23. 7bris 1727. Anno.

= Die 24. praesentis - Sądzita się Sprawa Generosorum Jnstigatorů Regni
et Magni Ducatus Lithuaniae z Jchmćpanami Landhoffmistrzem, Kancle=
rzem y Braklem; do ktorey Sprawy intervenit Xiąże Kurlandski przeciwko
Tymże Jchmćiom o to; że Oni contra Jnhibitiones Regias Xiężnie Jeymći Kur-
landskiey pretensyy Swoich y Summ ustąpili; y dobra Xiążęce Xiężnie Jeymći
w possessyą oddali; pretensye ktore do nich mieli Xiężnie Jeymći ustąpili; y
Lasow Xiążęcych, drzewa, maszty, poprzedali; Marmury rożne z Zamku poro-
zbierali, y tenże Zamek spustoszyli; bardzo małą cenę w Arendy Xiążęce do-
bra dla Swojego pożytku różnym popuszczali: czynili także Jnterwencye Jch=
mćpanowie Adam Kosciuszko Oberburgrabius, Bucholtz Radzki, przeciwko

= samemu panu Braklowi o to, że Jch w Relacyi swojey na Seymiku miarey calumniatus est, y tę relacyą albo Mowę P. Brakla czytano: także Jmpan Hahn Landmarszałek czynił relacyą, że Tegoż pana Brakla P. Land. hoffmistrz z p. Kanclerzem sami obadway za Marszałka obrali, a p. Hahna który miał przywiley od Xięcia Ferdynanda y rekomendacyą do nich odrzucili: więc że ta relacya niektóre punkta Statum et Ministeria tangentia w sobie miała, tedy Jmpan Operyasz Pułkownik Jego Król. Mci y Comissarz fortiter na tym stał, aby pro majori convictione Tegoż Jmpana Brakla y Panow Oberratow, examinować pryncypalnieyszych z więźniow ludzi Moryczowskich którzy tu in Julio z Morytzem byli: y tak ad hocce examen expediendum deputowani są Jmp. Stolnik Krakowski, Jmp. Czesnik Ciechanowski, y Ferże Jmpan Operyasz. — . ~

Tegoż dnia potrwożono Kurlandczykow że już Moskwa w granice Nasze wtargnęła, y jest o mile tylko od Miasta Mitawy: aby tedy de securitate upewnieni byli, deputowat Xże Jmć z Jchmcpany Commissarziami e medio Sui Jmpana Stolnika Krakowskiego y Jmpana Starostę Lidzkiego do Jmp. Generała Lefse cum expostulatione w tey mierze; ale Jmpan Generał Lefse abnegavit tego, y że to chyba kto pijany taką doniosł relacyą, że widząc lasy rozumiał że widzi Ludzi Ruskich, upewniając że żadnego Ordynansu niema y mieć się go niespodziewa aby Woysko Ruskie w granice Polskie wprowadził, y że na swey granicy woysko y Obóz Ruski jak zdawna tak y teraz stoi; jakoż u Furwachty toż zeznały że na swey granicy Moskwa stoi. — . ~ . — . ~ . — . ~

= Die 25. ejusdem. Rano przed Sessyą przyszli do Xięcia Jmci Warmińskiego Generałowie Moskiewscy Lefse y Wibikow; gdzie in praesentia Jmpana Wojewody Krockiego y niektórych Jchmcpanow Commissarzow o wczorayszym postrachu mówili, iżby radzi wiedzieli zkąd takowe nowiny są rozgłoszone? aby im niewierzono, bo żadnego Ordynansu niemają, aby w granice Polskie wciągać mieli: y po różnych dyskursach Jmpan Wojewoda Krocki rzekł do Panow Generałow; że niewszystkim nowinom wierzyć trzeba, wszakże tey nocy rozgłoszono jakoby Xże Mężykoł miał bydź u Cara Jmci disgracyowany y z Petersburga za Stolicę o kilkadziesiąt mil odesłany, czemu My niewierzemy, y niewiemy zkąd się te nowiny rodzą? Odpowiedzieli Generałowie, że my o tym niewiemy y potym po Przyjacielskich rozmowach odeszli. — Gdy podana jest do Commissyi zapieczętowana w Liście od Pana Dastellego Supplika po Francusku pisana, w którey exkuzuje się, jako dla tego tu był przyjechał do Mitawy za Graffem Morytzem iż tu obiecał Onemu pieniądze oddać,

którego

których Mu był pożyczył 120. Czerw. Zł. y srebra Jmpani Marszałkowey = — 179.
Wdowie, ofiarując się przysiądz na to jako Onemu nieassystował do jakich fakcyy,
y na insule niebył u Niego, y że przyjechawszy do Mitawy zaraz się odezwał był
do Jmpana Marszałka W. Koron.o y do Jmp. Podkomorzego Koron.o, co Go samo exku-
zować może, y prosząc o uwolnienie aby mógł do Warszawy jechać: = pozwo-
lono tedy Temuż Panu Dastellemu już nie na Zamku ale w Miescie mieć Stan-
cyą y po Mieście chodzić, ale żeby zawsze Żołnierz za Nim chodził do dalszey Or-
dinacyi Komissarskiey. ~ Były także inne Suppliki od różnych Officyerow y Więź-
niow; ale wszystkich dziś czytać nieprzyszło y rezolucyi nieodebrali. ~ Więc że
sekretnie wczorayszego dnia kazano mieć oko na Panow Oberratow aby nieuszli,
a że tey nocy JP. Brakiel chciał ujeżdzać; tedy conclusum, żeby aperte przydać
Jm wartę, którzy już in antecessum effecta swoje ztąd za granicę powywozili.
Przyjechał także Xże Hessenhamburg Siestrzeniec Xcia Ferdynanda który miał
bydź y w Gdańsku przed tym, prosząc aby Onego Xiąże Ferdynand chciał adoptare;
ale Xiąże Ferdynand niechciał się z Nim y widzieć nietylko żeby Go miał adoptare.
— " Tegoż dnia Jmpan Marszałek y Deputaci upraszali o rezolucyą na Swoją Sup-
plikę podaną osobliwie in puncto Juramenti; że gotowi ex personis Suis przysięgę
wykonać, ale imieniem Szlachty czynić tego niemogą, bo w Jnstrukcyach tego nie
mają, y że Lauda przeszłe Tego Xięstwa to w sobie mają, że gdyby Deputaci cokol-
wiek nad Jnstrukcyą pozwolili, to ma bydź nullitatis, ile że ten jurament niebył
przed Seymikami intymowany; ofiarując wszelką dać in Scripto imieniem wszyst-
kiey Szlachty JEgo Królews. Mci y Rzeczypospolitey assekuracyą y obowiązki jako
Graffowi Moritzowi renuntiant y circa corpus Reipublicae chcą zostawać. ~
Że się tedy ta Sessya aż do pół-trzeciey godziny z południa przeciągnęła; tedy rezo-
lucyą ostatnią na te Jch postulata jutrzeyszego dnia Comissya dać przyobiecała: -
a interim aby do Kancellaryi Commissarskiey wszystkie Jnstrukcye Swoje od Powiatow
dziś albo jutro rano przed Sessyą comportowali, nakazała Commissya; co uczynić
przyobiecali. — po tey Sessyi pojechali niektórzy Jchmcpanowie Commissarze na Tra-
ktament do Jmpana Ożarowskiego Stolnika Krakow.o, na który pridie Panow Deputatow
Kurlandskich z Marszałkiem Onych zaprosił y solennie traktował. — . —.

136.) Wpływ Imperyi Rossyyskiey na Stany
y Commissyą Kurlandskie. — . —

= Die 26. Septembris. Komportowali Panowie Deputaci Jnstrukcye swoje od
Powiat

= Powiatow do Kancellaryi Commissarskiey. – Była także Sessya y konferencya względem Więźniow Moritzowskich od Moskwy oddanych: z których, słychać, że coś Moskwa miała wybrać ludzi zdolnieyszych y dla Siebie zachować. Eadem die przyszła konfirmacya o Xciu Mężyku disgracyowanym u Cara Jmci; iż Onego cum tota familia y z tą Córką która była desponsata Jemuż Carowi do Syberyi odesłano. — Eadem die prosił o Audyencyą Generał Lesse Xcia Jmci Warmińskiego; na którą zeszli się Jchmcpanowie Wojewodowie y inni Jchmc Commissarze: Exposuit tedy Jenże Jmpan Generał Lesse przy Generale Wibikow, że na to pozwolić niemoże, aby Oberraci pod Wartą zostawali, y że ma Ukaz ulteriorem curzum tey Commissyi impedire. ~ Na co Xże Jmc reposuit, że w kraju Naszym wolno Nam postępować według upodobania Naszego: jeśli Wmpan masz Ukaz od Cara Jmci do przeszkadzania, My od Rzeczypospolitey mamy Commiss do exequowania tę Commissyą. – Subjunxit Jmpan Wojewoda Trocki dziwuiąc się; za co Wmpan chcesz rządzić w kraju Naszym? My o tym niemówiemy, że Xięcia Mężyka który Szlachcicem Polskim bydź się mienił, Car Jmc do Syberyi odesłał! Odpowiedział Generał Lesse y Generał Wibikow, że nie do Syberyi ale do Dóbr swoich na Ukrainę postany jest. ~ A Jmpan Wojewoda Mazowiecki rzekł: abyś nam się deklarował, czyli masz Commiss od Cara Jmci Woyny z Nami zaczynać? czy w pokoju Car Jmc chce żyć? My na oboje gotowi! tego cierpieć niemożemy aby Nam tu Car Jmc roskazywał! Słowami nas tu Wmpan nieustraszysz, ani się sprawiać Wmpanu będziemy! Jeśli Wmpan woysko sprowadzisz, jakoż tylko o dwie mili od Mitawy jest pięć Regimentow Moskiewskich na swojey granicy, to my to Rzeczypospolitey doniesiemy. —. A Jmpan Operyasz przydał: że choćbyśmy Iby Oberratom kazali powyrywać, nietylko Ich pod Wartą trzymać, a Wmpanu nic do tego! —. Jmpan Wojewoda Połocki także się zawsze z Tym Generałem Lesse umawiał; y kiedy po różnych dyskursach odszedł, Jmpan Wojewoda Połocki który pierwey ad juratoriam cautionem Oberratow przypuszczał teraz taką expostulacyą Generała Lesse exacerbowany, ex consensu Jchmc panow Commissarzow więcey warty w Rezydencye Ich przydać kazał: o co się bardzo postrachali Oberraci, ile że ad praesens ad poenas Criminales sumendas przeciwko Nim proponowano. —.

137.) Assecuratio et Obligationes Statuum Curlandiae, quibus erga Regnum Poloniae adstringuntur. ~. —.

Nos infra scripti Supremi Consiliarij, Mareschalcus et Deputati ex omnibus

Distric

Districtibus Ducatuum Curlandiae et Semigalliae pro generali et pub= — .
lico Conventu horum Ducatuum in Termino per Intimatoriales Regia et Reipu-
blicae Commissionis praefixo id est pro decima quinta praesentis congregati, et ple
nissime a Fratribus Nostris ad infra scripta instructi; adhaerendo Pactis
primaevae subjectionis Nostrae Divo Sigismundo Augusto Regi Regnoque Po-
loniae et Magno Ducatui Lithuaniae; insisteridoque juramento in formula Re-
giminis Anno 1561. constituto ac expresso et a Majoribus Nostris circa Investi-
turas novorum Ducum pro Nobis etiam posteris Nostris et in animas Nostras
praestito; tum demum dispositioni Reipublicae per Legem publicam in Comitijs
Generalibus Grodnensibus proxime celebratis Anni 1726. latae; et in virtute
ejus Declarationi Judiciariae Commissoriali obsequentes et obedientes; sub fide,
honore, et conscientia, sequentia pro Nobis et Posteris Nostris in perpetuum decla-
ramus et statuimus: = 1°) Cum Nobis, prementibus gravissimis circumstantijs,
contra supra allegata Pacta et Juramenta temere et nulliter Eventualem Succe=
ssionem per Electionem Comitis Saxoniae Mauritij in Ducem Nostrum determi-
nare acciderit: ideo tam praefatae pseudoelectioni quam et Ipsi Pseudoelecto,
tum omni imaginariae etiam praetensioni novi cujuscunque Principis eligendi
in perpetuum renunciamus; Actus omnes praefatae pseudoelectionis tam ante=
riores quam posteriores post latam a Republica legem, tum omnia conventicula,
Scripta et Lauda eo nomine habita et sancita, uti Legibus et Juramentis con=
traria et ipso facto damnata et nulla, pro nullis, irritis et insubsistentibus
in perpetuum declaramus, cassamus, damnamus, annihilamus et ex Actis pu-
blicis eliminamus; Ipsum quoque Comitem Saxoniae Mauritium per Constitu=
tionem Comitiorum pro proscripto ex omnibus finibus Reipublicae et annexarum ei
provinciarum, Hoste patriae et invindicabili Capite declaratum, pro Proscripto,
Hoste Patriae et invindicabili Capite etiam declaramus; et tanquam contra ta-
lem, in quantum imposterum hic compārere et quidquam pro mantenenda pre=
fata Pseudoelectione moliri auderet, insurgere Nos obligamus juxta nostrū posse-.

= 2°) In Casum vero sterilium fatorum moderni Celsissimi Ducis Ferdinandi,
super non attentata sub quocunque praetextu vel colore novi Principis infeudandi
praetensione, immo juxta juramentum in formula Regiminis expressum super
omnimoda et invariabili subjectione Regibus, Regnoque Poloniae et Magno Duca-
tui Lithuaniae tanquam nunc Supremis et directis, pro tunc vero jam utilibus
et immediatis Dominis Nostris, iterum atque iterum quam solennissime et sacro=
sancte, sub fide, honore, conscientia, et nexu supra allegati Juramenti, quod

in totum

= in totum et integrum reassumimus, instauramus, et ejusdem valoris et roboris sicuti a Nobis esset praestitum, sanctè testamur et profitemur; tum sub poenis criminis laesae Majestatis et perduellionis Nostro, totiusque Nobilitatis ac omnium Statuum hujus Provinciae et Successorum Nostrorum nomine perpetuo et irrevocabiliter spondemus et nos obstringimus. ~ Datt. Mitaviae die 26. Septembris, Anno Domini 1727. —. = Sequuntur Subscriptiones Consiliariorum Supremorum, Mareschalci, et omnium Nuntiorum seu Deputatorum cum Sigillis Singulorum appositis. ~. —. ~. —. ~. —. ~.

138.) Responsoriales Commissionis, quibus declaratur standum esse Assecurationi et Obligationibus Statuî Curlandiae.

Nos Commissarij Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae. Quoniam tam Generosi Supremi Consilijarij quam Generosus Equestris Ordo Documenta originalia numero quatuor superius specificata ad pseudoelectionem spectantia comportaverunt et restituerunt, et de facto coram Nobis reposuerunt et restituerunt; idcirco hoc in puncto Ipsos satisfecisse Decreto Nostro sententiamus; in alijs vero punctis ejusdem Decreti praecipue Juramenti injuncti, cum ex Memoriali Nobis a Generosis Mareschalco et Deputatis porrecto cognovimus et intelleximus, quod idem juramentum praestare quidem ex personis Suis parati essent, sed nomine Gnōsae Nobilitatis domi relictae de quo instructi non sunt nec instrui potuerunt, quoniam neque in Innotescentialibus neque in Intimatorialibus ulla mentio de illo facta est, et ultra Instructionem Sibi datam aliquid promittere vel in se suscipere res non sit facultati Eorum subjecta, vetantibus Landis Eorum Publicis quae non permittunt Deputatis plus ultra Instructiones agere et promovere, alias omnia nullitatis vitio subjecta esse declararunt, et si fines mandatorum excederent turbatio inter Ipsos subsequeretur; ac de fide Sua ac certissimo atque inviolabili obsequio Suo Sacram Regiam Majestatem et Rempublicam per seorsivas Suas Reversales Literas assecurare volunt: ideo ex praemissis et alijs rationibus Nos permoventibus Reversali Eorum standum esse ad interim censuimus. —

139.) Decretum Commissionis, quo conceditur Generalis Amnestia Adhaerentibus Pseudoelectioni Comitis Mauritij. —.

Nos Commissarij Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, auditis et bene perpensis Partium Controversijs: licet quidem Citati nullum Jus eligendi Sibi Ducem in casum Sterilium fatorum Illustrissimi Ferdinandi Ducis habentes, contra Pacta Subj

Subjectionis et Incorporationis horum Ducatuum Regno Poloniae et Magno-
Ducatui Lithuaniae et contra Juramentum, quo se Antecessores Eorum modernos-
que citatos Eidem Sacrae Regiae Majestati et Regno Poloniae Magnoque Duca-
tui Lithuaniae in tali casu supremum et immediatum Dominium ac utile
horum Ducatuum recognoscere et habere submiserunt et obstrinxerunt, pro-
cesserint; dum ad eligendum Ducem Comitem Mauritijum Comitiola Distri-
ctibus indixerunt, eandemque Electionem promoverunt, Delegatum a Sacra Re-
gia Majestate cum Literis Inhibitorijs venientem ne ad Eam accederent non
atteenderunt, eamque uti primos hujus Provinciae non impediverunt et de facto
eandemque perfecerunt, praedictum Comitem Mauritium in Ducem elegerunt,
atque post Legem Constitutione Grodnensi latam iterum ea non attenta hanc
pseudoelectionem indictis Nobilitati Conventibus ratificari et confirmari procu-
rarunt, atque huic Pseudoelecto qui pro Hoste Patriae declaratus est temere
adhaeserunt assistentiamque Illi praebuerunt, quibus illicitis progressibus et at-
tentatis Jura Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, Pactaque Subjectionis
et Incorporationis, formulam Regiminis ac Novellam Legem violarunt, exin-
deque jure merito poenam in Constitutione Grodnensi vallatam in se traxerunt,
et eidem succubuerunt; nihilominus visa effectiva per Illos Constitutionis Grod-
nensis executione et ad mentem Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae appli-
catione, tum attenta supplici instantia Statuum Curlandiae pro Illis facta, qui
in simul et in communi cum Eisdem Supremis Consiliarijs se excessisse agno-
scunt et tam Sibi quam Illis Amnestiam generalem hoc in puncto concedi
submississime supplicant, et quia nullam cum Exteris pro manutentione hujus
pseudoelectionis et alia factione praejudiciosa Juribus Sacrae Regiae Majestatis
et Reipublicae super hosce Ducatus habitis correspondentiam habent vel habe-
bunt, Juramento id ipsum comprobaturos se offerunt: = ideo hanc Amnestiam
quantum ex Nobis est concedendam esse duximus, et ut a Sacra Regia Mjstate
et Republica approbetur procurabimus, ab Actioneque praesenti Gnsorum Instiga-
torum Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Eosdem Generosos Consiliarios et Uni-
versam Nobilitatem quoad attentata pseudoelectionis liberamus, praevio tamen
eorundem Citatorum Juramento in hanc rhotam praestando: = Ego N. juro
Deo Omnipotenti in Sancta Trinitate Uni, quia nullas correspondentias cum
Externis pro manutentione pseudoelectionis Comitis Mauritij vel alterius

cujuspia

„ — = cujuspiam Ducis Curlandici promotionis habeo nec habebo, nihilque in detrimentum Jurium Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae in hos Ducatus habitorum cum Externis practicabo; sic Me Deus adjuvet et Sanctum Ejus verbum. — Interventionibus indicentium salvis prout de Jure manentibus. — Quod quidem Juramentum erectis duobus dextrarum Manuum ad sidera digitis, in facie Judicij Nostri Commissorialis praestiterunt. —. —.

140.) Promulgatio Legis Publicae contra Comitem Mauritium Ejusque Fautores et Cooperatores. —. ~.

Nos Commissarij Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae. Universis et Singulis quorum interest praecipue vero Generosis Consiliarijs Supremis Majoribus et Minoribus Capitaneis, coeterisque Officialibus Terrestribus ac Universo Generoso Ordini Equestri, tum Civitatum, Oppidorum, Magistratibus Civibus omnibus Ducatuum Curlandiae et Semigalliae Incolis, notum testaturnque facimus praesentibus: Quod cum Mauritius Comes Saxoniae licet jam per legem Constitutione Grodnensi Anni 1726. latam non tantum ex Ditionibus hujus Provinciae sed et de toto Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithvaniae proscriptus ac pro hoste Reipublicae ac invindicabili capite declaratus esset, ea Lege non attenta, iterum hanc Provinciam Curlandiae non ita pridem intrare ausus fuisset; Itaque ulteriores Ejus temerarios conatus reprimendo; ut ad notitiam omnium Incolarum Eadem Lex et poena deduci possit, et ignorantiam aliqui in quantum adhuc reperiuntur incolae hujus legis non praetendant, et aliquo modo Illi licet jam pulso ex hac Provincia adhaerere non presumant, hanc eandem Legem publicam presentibus publicandam esse censuimus; Eundemque Comitem Mauritium ex Ditionibus hujus Provinciae et toto Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lithvaniae proscribimus; pro Hoste Reipublicae et invindicabili Capite declaramus; et ne quisquam Incolarum horum Ducatuum cujuscunque sit statûs et conditionis huic Comiti Mauritio adhaerere Eique assistere, Pseudoelectionem Illius tueri, partes Ejus segui, pro manutentione Ejus practicare, cum Ipso et cum Exteris directe vel indirecte aliqua molimina facere, Correspondentias in praejudicium Jurium Reipublicae habere presumat: serio sub poenis Criminis laesae Majestatis, Perduellionis, coeterisque rigoribus in Legibus descriptis irremissibiliter extendendis inhibemus. — Quibus poenis et

rigoribus

rigoribus omnes Fautores, Cooperatores, quicunque in futurum = — „ reperientur cujuscunque Illi sint nationis et Conditionis subjacebunt: et si temerario ausu Idem Comes Mauritius in his Ducatibus reperiri debe= ret et notitiam de Illo quispiam haberet, tunc vicinioribus Magistra= tibus de Ipso deferre tenebitur sub eodem poenarum rigore. ~ — Quas quidem Literas Nostras per Districtus et Parochias in his Ducatibus et ubique locorum publicari demandamus. Datt= Mitaviae celer.

=Die 27. Ejusdem. Continuabatur Sprawa PP. Oberratow rano y po obiedzie: za którymi Status Curlandici Instancyą wnosili, aby Amnestya Onym et Statibus dana była pro praeteritis Actis. ~ Jakoż ex rationi= bus Status y z pewnych reflexyy, tę Amnestyą in puncto pseudoelectionis Moritza Commissio Onym pozwoliła; praevio jednak juramento że Corre= spondencyi cum Externis pro manutentione Grassa Moritza y innego któ= regokolwiek Xięcia Kurlandskiego promowowania na Xięstwo Kurlandskie nie mają y mieć niebędą, y nic in detrimentum Jego Królewskiey Mości y Rze= czypospolitey niebędą praktykować: jakoż Ci Panowie Oberraci przysięgli, y warta od nich sprowadzona jest, salvis jednak omnibus Actionibus et Inductionibus które przeciwko Nim z Regestru dependent. ~ Względem Pana Medem deklarowano że pod tęż Amnestyą podpada. – Więźniow examen od Jmpana Stolnika Krakowskiego był czytany. ~. — . ~.

=Die 28. Septembris. Xiąże Jmć Warmiński solennissime traktował xiężnę Jeymć Kurlandzką Carownę, miała cztery panny Frayzymeru Swego; byli Jchmć panowie Wojewodowie, Jmp. Wojewodzina Srocka z Córką Swoją, y Jmćp. Wojewodzina Polocka y Jchmć panowie Commissarze: Xiężna Jeymć przy Cukrach zaczęła pić za zdrowie Xcia Jmci Warmińskiego, y koleyna poszła: byli Jchmć panowie Generałowie Moskiewscy: a wieczorem dał kolacyą Jmćpan Wojewoda Polocki, tamże y tańce były. — . ~.

=Die 29. Ejusdem. =Xiąże Jmć celebrował pontificaliter: a Jmpan Scipion Starosta Lidzki częstował Jchmć panow Commissarzow. — Eadem die Więźniow Officyerow odesłano do Warszawy ad Judicium Jmpana Marszałka W. K.; innych zaś lóżnych, także rzemieślnikow rozebrali częścią Jchmć panowie Commissarze, częścią pod Regimenty: Inflandczykow zaś z Szwedzkich Inflant Moskwa Commissyi Onych nieoddała: ostatek

tyle

= tych łóżnych, mizernych, odartych, po wsiach y Miasteczkach na Służbę w drodze oddać maią. ~. —. ~. —. ~.

=Die 30. Septembris. Jmpan Generał Chir wziął na swóy parol P. Dastyllego y P. Glaxmaffa że Ich w Warszawie stawi, y postał Onychże hac die do Warszawy. – Tenże dzień pozwolony jest Szlachcie Kurlandskiey ad conscribenda Sua desideria. – Sessya y Sądy były aż do godziny 3. z południa.

=Die 1. Octobris. Woysko Koronne y Litewskie wzięło Ordynans nazad ruszyć w tym tygodniu do Jchmcipanow Hetmanow Swoich, za wiadomością Xcia Jmci Warmińskiego y Jchmcipanow Commissarzow: jakoż jutrzeyszego dnia ruszają się, Dragonie jeszcze się tu zostają. – Wiże że Generał Lesse wymówił się przed Jmp. Starostą Lidzkim że się spodziewa jakiegoś Ordynansu od Cara Jmci Commissyi przeciwnego, tedy do Tegoż Jmpana Lessego ex gremio Commissyi postani Jmp. Starosta Ciechanowski y Jmp. Starosta Lidzki denuntiando że Woyska Nasze rozpuszczamy, trzymaiąc to po Carze Jmci że jako Car Jmć zmarły Dziad teraźnieyszego Cara Jmci Sojusz wieczny z Polską zawarł, tak y Car Jmć On obserwuje; y dla tego aby Generał Lesse także swoje woysko którego tu o dwie mili pięć Regimentow stoi, y teraz jeszcze jeden Regiment świeżo przybył, chciał od granicy Kurlandzkiey odemknąć: na co reposuit Jmpan Generał Lesse, że tego bez ordynansu uczynić niemogę, y jest roskaz Cara Jmci aby żadnych Ordynansow Generalskich Woysko niesłuchało tylko tych na których się Car Jmć podpisze, jednak doniosę to Carowi Jmci. ~ Tegoż dnia była Sessya aż do trzeciey godziny z południa y Sądy: potym od piątey godziny aż do dziewiątey w noc Konferencye z Kurlandczykami, podpisowali Rewersał Submissyi Swojey aby dwa Exemplarze były. —. ~. —. ~. —. ~. –

=Die 2. Octobris. Rano, Xże Jmć Warmiński oddawał Wizytę z niektórymi Jchmcpany Commissarziami Xięciu Hessenhamburgowi: potym na Sessyą pojechawszy continuabantur Sądy aż ku trzeciey godzinie z południa; y znowu zasiadszy od piątey godziny aż do ósmey w noc Sądy były. —. ~. —.

Die 25. ejusdem. — w dzień S. Katarzyny którego tu Swięta w tych krajach niecelebrują, zaproszeni byli na Mszą S. y na Oracyą od Jchmć XX. Jezuitow Jchmć panowie Commissarze. — po odprawioney Mszy S. zjechali na Ratusz y Sądy były. — Tegoż dnia było wesele u Carowney Xiężney Kurlandskiey Jmpa medem z Jmpanną Katarzyną Bestuchowną: na którym byli wszyscy Jchmć panowie Commissarze y presentes: Szlub Ruski POP dawał Ritûs Sui, w pałacu Xiężney Jeymci: stół tylko jeden był w Mieszkaniu ustawiony, przy którym circiter 70. osob siedziało: po Wieczerzy tańce były. — ~.

Die 26. ejusdem. były Conferencye: Sądow tego dnia niebyło, ani Sessya na Ratuszu: tylko Jmpan Starosta Ciechanowski zjeżdzał dla zalimitowania. —

Die 27. ejusdē. Continuabatur Sprawa PP. Oberratow: tegoż dnia częstował Jmpr Bestuzow Jchmć Panow Commissarzow, y Tych gości którzy na Weselu Córki Jego byli.

Die 28. ejusdem. Sprawa panow Oberratow cały dzień zabrała. — - -

Die 29. ejusdem. — · Continuabatur Sprawa Panow Oberratow. —·

Die 30. ejusdem. Xże Jmć Warmiński przy Niedzieli częstował. —

Die 1. Decembris. - Przeczytana była już skorrigowana formuła Regiminis na Sessyi: także Sprawa z panami Oberratami continuabatur. —

Die 2. Decembris. Była indagatio, gdzie się podziały kwity z Summy 28,500. Rublow posagowych Xiężney Jeymci teraźnieyszey Kurlandskiey? które z roskazu Cara Jmci przeszłego po śmierci Xcia Friderika Wilhelma odebrano z zamku Mitawskiego gdzie złożone były. — Eadem die P. Wilhelm Budberd Deputat Kurlandski przebił tu w Mitawie na wylot szpadą P. Klonera Kapitana za Szostak przy kartach zły dany, iż gdy inszego Pan Budberd dać niechciał, rzekł Pan Klioner: to Szostak Szelmowski: y wsiadszy na konia uciekł, powiadają że do Rygi: Successores przebitego zmarłego processują in contumaciam Pana Budberda criminaliter na Commissyi —· — · Dies

Die 3. Decembris: - Xże Jmć Biskup Warmiński zaprosił na = —. śniadanie Jchmć panow Commissarzow, a po śniadaniu zjechali się na Ratusz y przez dziewięć godzin tego dnia Sessya była; na którey nietylko sprawa z Oberratami continuabatur, ale też ulterius kwity gdzieby były? investigabantur; tandem one znalazł Pan Keyserling u Siebie y oddał judicialiter na Sessyi; oraz przez Supliką rezygnował officio Cancellariatus, spodziewając się privationem. -

Die 4. Ejusdem. - Expostulował Xże Jmć Warmiński, Jmpan Wojewoda Połocki y inni Jchmć Commissarze z Panem Generałem Bestuchoff de gravaminibus tak Szlachty jako y Miast; że ludzie Ruscy y Dwór Xiężney Kurlandzkiey Carowney, gospody ex officio u Mieszczan dawno zabrali; drwa, swiece sobie prowidować każą; słobody sobie pozakładali; piwa, gorzałki robią; szynkują wszelkie liquory, handlują, także włok albo haków w tych dobrach które Xżna Jeymć possidet rewizyi niepozwalają; lasy pustoszą, poddanych przesadzają etc ... więc że te gravamina po Łacinie były pisane, tedy prosił Pan Bestuchoff aby mu po Polsku były przetłumaczone y Jemu oddane obiecując że w tym satysfakcya będzie uczyniona. — Eadem die Xże Jmć Warmiński znowu na śniadanie zaprosił Jmcpanow Commissarzow, po którym aż dobrze w noc na Ratuszu siedzieli. — Pan Bircken Landhoffmistrz przez Supplikę rezygnował suo officio, anticipando Decretum. —. —.

Die 5. Xbris. Continuabatur Sprawa Instigatorska z Panami Oberratami

143.) Supplices Literae Generosi Keyserling Cancellarij ad Praesidem Comissionis, in sua deplorata Conditione misericordiam petentis. —. ~ . -

Celsissime Princeps, Episcope Reverendissime Domine longe Clementissime! Non superest Celsitudini Suae omnia jam virtutum et meritorum studia emensae et in dies cursum eundem alacrius renovantis alia gloria, quam in miseratione oppressorum atque clementia; quae virtutes uti inter prima Numinis attributa ponuntur ita etiam Celsitudinem Suam ceu sacratissimi Numinis Antistitem toti terrarum orbi magna cum admiratione commendant probantque. — Ad hanc sacram aram miser ego et calamitatum mole obrutus supplex jam confugio, Ipsiusque Solius beneficio saluti meae consultum iri humillime confido. — In tempora eheu! incidi lubrica, et fatorum crudelitate

solus

 — = solus fere, undique impetitus, dumque reus agor, per aegritudinem animi et memoriae labilitatem, defensioni meae, vix ac ne vix quidem officio, incapax; hinc potiores gratiae quam justitiae partes eligens, Clementiam Celsitudinis Suae per DEum Clementissimum interpellando, ad plantas Ipsius precibus prosternor submississimis: = quatenus miseratione Sacris Infulis Suis dignissima mei oppressi simul conjugis afflictae, sobolis consternatae, familiae perturbatae ducta, pro ea qua Praeses Illustrissimi hujus Judicij Commissorialis pollet Authoritate, prohibere dignetur, ne qua labes per Sententias Condemnatorias nullis fontibus eluenda famae innocuae adspergatur; quo simul tot tantaeque familiae mecum agnatione, cognatione, et affinitate conjunctae laederentur ac ignominia afficerentur. — Finis intentus jam obtinetur, dum ultrò munus resignem ac Generoso Ordini Equestri satisfaciam: cur ultra haec fama, ipsà vità honesto viro carior laedenda? cujus illaesae conservationem, ne miserrimo miserior sim et mei absque spe erectionis affligantur, devotissimis precibus a Clementia Celsitudinis Suae exoro; et pro tanto beneficio immortales cum meis agam grates. — Celsitudinis Suae, humillimus Servus Joannes Henricus Keyserling Cau. —. Mitaviae die Quinta Decembris 1727. Anno. —. —

Die 6. Decembris. Taż Sprawa y Interweniencye do niey różne cały dzień zabrały w dzień S^o Mikołaja którego tu Kościelne tylko jest Swięto. —.

Die 7. et 8. ejusd. vacabat Devotioni, a po południu Konferencye. —.

144.) Generosus Cancellarius Keyserling Criminis Conscius, apud Commissionem Regiam, Clementiam deprecatur. —.

Celsissime, Illustrissimi, ac Excellentissimi Domini, Domini Commissarij Sacrae Regiae Majestatis et Serñsmae Reipublicae, Domini longe Clementissimi! Miserrimus atque infelicissimus ego ad genua Celsissimae Commissionis Regiae provolvor ardentissimis efflagitans precibus; ne secessus a me ad Reverendos Dominos Patres hujus loci ad interim factus indignabundis respiciatur oculis, sed benignioribus et ad lenitatem Clementiamque pronis. — Luctuosa sane sunt fata mea, luctuosa uxoris et liberorum Meorum conditio! Misereantur itaque Celsitudo et Illustritates Vestrae et Mei et Meorum; Clementissimeque dignentur, me non solum omnibus difficultatum procellis eripere, sed et Meis Me reddere aliàs ex domestico statu sat confuso perituris. — Clementiam hancce et ego et mei Suspirijs ad Numen Supremum pro Celsitudinis atque Illustritatum Vrarum = prosper

prosperitate immutabili et in dies augescente, indefessis compensaturi = —. sumus. – Miser autem ego ad cineres usque Me confiteor Celsitudinis et Illustritatum Vestrarum Subjectissimum Servum. Joannes Henricus Keyserling Cancell. Datt. Mitaviae, die 8. Decembris 1727. Anno. —. —.

Die 9. Decembris. – Continuabatur Sprawa z Panami Oberratami od śniadania, na które Xże Jmc Warmiński Jchmcpanow Commissarzow zaprosił, aż do godziny ósmey w noc; y publikowany Dekret, przez który Pan Keyserling abjudicatus Cancellariatu y na trzy lata ad Carceres destynowany, y po jego publikacyi Pan Keyserling paralisi tactus decumbit: Zachodzą wielkie Instancye od terazniey-szych Oberratow, a Majoribus et Minoribus Capitaneis, tum ab Universo Equestri Ordine, także od Kolligatow Jego, którzy za niego fidejussionem offerunt, jako nullum praejudicium Rzeczypospolitey czynić y z postronnemi korrespondować nie będzie. — Condemnowano także tych dwóch Oberratow, Landhoffmistrza a osobliwie Pana Keyserlinga ad notabiles Summas Domui et Camerae Ducali post Calculum peractum exolvendas. —. ~. —.

Die 10. Ejusdem. – Equestris Ordo upraszał Commissyi deprecando: iż formulam Regiminis podpisować niemoże wprzód, póki Oberraci niebędą postanowieni, aby się Oni wprzód podpisowali; tak tedy Commissio contulit Landhofmistrzostwo Jmpu Kosciuszkowi Oberburgrabiemu, a Kanclerstwo Jmpu Braklowi za którym instabat Nobilitas; Ci gdy byli Constituti Equestris Ordo supplikował, aby circa formulam Regiminis byli conservati in puncto Electionum, aby Ci dway Constituti in absentia Ducis, drugich Kollegow Oberratow obierali; co Jm permissum: obrali tedy ex Majoribus Capitaneis Jmpana Firksa in Oberburgrabium, a Jmpana Hahna in Landmareschalcum; potym in Eorum loca Jnsi ex Minoribus Capitaneis promoti ad Majores Capitaneatus, et ad Minores inni —. ~. —. ~

145.) Responsum a Commissione Regia et Reipublicae Generoso Equestri Ordini Districtus Piltinensis datū Mitaviae d. 10. Xbris 1727. —.

Quandoquidem ob multitudinem variorum in Ducatibus Curlandiae et Semigalliae negotiorum Commissioni Nostrae ex mandato Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi et Reipublicae incumbentium, ad Districtum quoque Piltinensem condescendere, ibidemque jurisdictionem Nostram fundare non potuimus, et Generosus Consiliarius Piltinensis de Sacken Ejusdemque Districtus Plenipotent

= tentiarius licetsi coram Nobis comparuerit et ex mandato Nostro formulam Regiminis et Statuta prænominati Districtus produxerit, non tamen ad ea quæ a Nobis relative quoad jura praefati Districtus proponenda vel decernenda erant sufficienter instructus fuit; idcirco negotium hoc ad futura Deo dante Comitia Generalia Regni Grodnae celebranda remittendum esse censuimus, et praesentibus remittimus, conventumque publicum opportuno tempore indicendi facultatem Generosis Consiliarijs alte dicti Districtus, salvis juribus Sacrae Regiae Majestatis damus et concedimus: = et quaterus in eodem Conventu unum vel plures Plenipotentiarios ad tractanda cum Ministris Regni et Magni Ducatus Lithuaniae et praevia approbatione Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae concludenda Districtus Sui negotia, tam ratione juris et praetensionum Rmi Episcopi Livoniae, quam ratione servitiorum Equestrium in formula Regiminis praescriptorum, et contributionum publicarum ad quas juxta Pacta Danica aequaliter cum coeteris Regni Incolis Districtus Piltinensis uti jam ab antiquissimo tempore Regibus et Regno Poloniae Magnoque Ducatui Lithuaniae directe, immediate, et utiliter subjectus et incorporatus obligatur, Nobilitas Piltinensis eligat, et plena concludendi potestate munitos Grodnam tempestive expediat, Authoritate Nostra Commissoriali demandamus.

= Quod attinet desideria a Gnoso Ordine Equestri Piltinensi per Gnosum Consiliarium Sacken exhibita, = Ad 1°) Nihil Nobis magis in voto esse, quam ut jura, immunitates, et libertates Districtus Piltinensis conserventur; nec Eisdem ullaterus praejudicare velle declaramus. —. Ad 2um) Jam est justitiae et aequitati conformis lata Sententia. — Ad 3um) Cum in Ducatum Samogitiae jurisdictio Commissioni Nostrae non competat, et lege publica sat abunde ratione Emethonum provisum est; itaque querenda sunt in foro competenti Juris remedia. — Ad 4um) Mandatum eo nomine extraditum. — Ad 5um) Siquidem Generosa Districtus Piltinensis Nobilitas communi cum coeteris Reipublicae Civibus vocis vetandi praerogativae, et oblato Sibi ejusdem per Constitutionem novellam beneficio sponte renuntiat; igitur circa antiquam Regiminis formam conservabitur; et ut fidem et obsequium hactenus laudabiliter et intaminate Regibus et Reipublicae servatum et pactis Subjectionis in oeternum obstrictum inviolabiliter conservet, commendamus. — Christophorus Joannes Szembek Episcopus Varmiensis et Sambiensis etc. et Totius Collegij Commissorialis Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae Nomine mo. —. —. ~. —

Die

Die 11. Decembris. Sądziła się Sprawa Xiężney JEymci Saxokoburskiey: y Xiężniczek Jchmc Brunswickiey, Luneburskiey, Nassauskiey, y Brandeburskiey, które Sprawy odesłane są do Sądow Relacyynych JEgo Królewskiey Mości: sądziły się y inne sprawy. — Tegoż dnia ponawiał Equestris Ordo z Panami Oberratami Instancye za P. Keyserlingiem: y formula Regiminis od Panow Oberratow y Deputatow ab Equestri Ordine jest podpisana. — Tegoż dnia od poranku do godziny ósmey na Ratuszu siedzieli Jchmc panowie Commissarze nic niejedząc, y dopiero o godzinie 8. w noc pojechali na kolacyą do Jmp. Referendarza Koronnego. —

146.) Ad Judicia Sacrae Regiae Mjstis Relationum Propriarum, inter Jllrmum Ferdinandum Ducem Curlandiae atque inter Srmam Ducissam Saxo-Coburgo Meinungensem, Causae Remissio —.

Actum Mitaviae in Commissione Generali Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, feria quinta post Festum Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae proxima, die 11. Mensis Decembris Anno Domini 1727. —. ~.

Inter Illustrissimum Ferdinandum in Livonia Curlandiae et Semigalliae Ducem Actorem ab una, atque Serenissimam Elisabetham Sophiam Ducissam Saxocoburgo meinungensem originaliter citatam reponendi Actricem parte ex altera; in termino conservato, partibus, Actorea per Generosum Christophorum Joannem Hahan et Nobilem Georgium Fridericum Radzki Plenipotentiarios Suos, citata vero reponendi Actorea per Gnosum Christophorum Liberum Baronem de Verthen et Nobilem Christophorum Pan cum Nobili Joanne Friderico Hespe Advocato Aulico Defensore, comparentibus. — Intervenientibus ad causam praesentem Nobilibus Schreder et Rychter Consiliario uti plenipotentiarijs Serenissimarum Eleonore Charlottae Ducissae Brunsvicensis Luneburgensis Serenissimi Ernesti Ferdinandi Ducis Brunsvicensis Consortis et Ameliae Ludovicae Principissae Nassauviae Jllrmi olim Principis Friderici Casimiri Curlandiae et Semigalliae Ducis, Filiarum, nec non Mariae Dorotheae Marchionissae Brandeburgensis, Sororum inter Se. — Nos Commissarij Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae: = quandoquidem Generosi Plenipotentiarij Serenissimae Ducissae Saxocoburgo-Meinungensis, non solum pro praescripto per anterius Decretum judicij Nostri Commissorialis die 20. mensis Octobris anno praesenti latum termino, verum et post indultam ultra sex hebdomadarum spatium moram, jura et

docu

212. — documenta Originalia ad causam praesentem spectantia non produxerunt; et ad experimentum in causa, ad quod post latam Constitutionem per quam haec Commissio designata et post Innotescentiales pro ea publicatas parati esse debebant non erant parati, immo et Plenipotentiam defectuosam ac conditionatam demonstrarunt, et imminente jam ac declarata ex urgentissimis et legalibus rationibus actus Nostri Commissorialis limitatione, eadem jura et documenta etsi producant, nihilominus interpositae ab anterioribus Decretis Nostris Appellationi per Nos ex allegatis rationibus non admissae insistunt; neu se nisi prius reponibili Decreto Contumaciali adinvento experiri et ad calculum accedere velle Declarant; lex vero novella circa correcturam Jurium in Constitutione Grodnensi lata, cassationem processus et Decretorum Contumacialium non cognito prius negotio principali inhibet; et in Constitutione eadem Comitiorum Regni Generalium Grodnensium ac Instrumento Rescripti Commissorialis, summario processu Causarum etiam externarum disjudicatio demandata est, qui processus Summarius etiam in hac Provincia observatur; tum quod Serenissimae Ducissae, Marchionissa Brandeburgensis, Brunsvicensis, Luneburgensis, et Nassoviensis, cum juribus Suis anterioribus ad Bona eadem qua sibi Serma Ducissa Saxo-coburgo-meinungensis vendicat, intervenium, et ea jure potiori sibi competere allegant; idcirco licet Serenissima Ducissa poenas succubitionis in causa Decreto nostro interpositas promeruerit, ex moderatione tamen Judicij nostri a rigore earundem abstinendo, causam hanc cum toto ejus effectu ad Judicia Sacrae Regiae Majestatis Relationum propriarum remittendam esse censuimus, presentibusque remittimus. — Jurisdictionem quoque Serenmarum Mariae Dorotheae Marchionissae Brandeburgensis, Eleonorae Charlottae Ducissae Brunsvicensis Luneburgensis, Serenissimi Ernesti Ferdinandi Ducis Brunsvicensis Consortis, et Ameliae Ludovicae Principissae Nassoviae Illrmi olim Friderici Casimiri in Livonia Curlandiae et Semigalliae Ducis filiarum, ad causam Serenissimae Ducissae Saxo-coburgo-Meinungensis, cum Juribus Suis et Decreto Contumaciali in Judicijs Sacrae Regiae Majestatis obtento, factam, ad quae Ipsarum Jura Illustrissimus Ferdinandus Dux ob defectum Archivi Ducalis per Regimen Ducale Prussiae rescitur qua de causa interceptum et Regiomontum devectum, per idque Documentorum necessariorum carentiam se experiri non posse infert donec idem Archivum et Documenta Eidem Illustrmo Duci restituta fuerint, ad Eadem Judicia Sacrae Regiae Majestatis Relationum propriarum remittimus. — Appellant Plenipotentiarij Serenissimae Ducissae Saxo-Coburgo-Mei-

Meinungensis ad Sacram Regiam Majestatem: quam Appellationem = — non admisimus, sed Remissae factae inhaesimus. — —

147.) Generosi Keyserling ad Regiam Commissionem supplices literae, super obtinenda fidejussione. — —

Celsissime, Illustrissimi, atque Excellentissimi Domini, Domini Commissarij Sacrae Regiae Majestatis et Serrimae Reipublicae Domini Clementissimi! — Rigorem Juris in Me temperatum devotissima mente iterum iterumque humillimus agnosco; simulque supplex peto: dignetur Celsitudo atque Illustrissima Vra Excellentiae gratiam gratiâ, clementiam clementiâ ulterius cumulare, meque miserum ultra sexagenarium dictitatis Carceribus mortis umbram praeseferentibus aggratiando Clementissime eripere, sicque Consorti et Liberis Meis miserrimis restituere et reddere. — Paratissimus sum, et mediante corporali juramento, et intercedentibus Reversalibus Propinquorum Meorum, cavere me omni tempore non solum a quavis cointelligentia et correspondentia cum Exteris fore alienissimum, sed et quando desideratum a me fuerit, coram Sacra Regia Majestate personaliter comparaturum esse. — Exaudiant Celsitudo atque Illustrissimae Excellentiae Vestrae me afflictissimum, nec superaddatur ulterior afflictio per Carceres dictitatos et mihi et meis luctuosa immo funesta. — Supremum Numen vicissim Celsitudinem et Illustrissimas Excellentias Vestras exauditurum et omnigena prosperitate beaturum est. — Supplex itaque ad Cineres meos permanco Celsitudinis atque Illustrissimarum Excellentiarum Vestrarum subjectissimus Servus, Joa. Hen. Keyserling. Mitaviae d. 11. Xbris 1727. A°

= Die 12. Decembris. Od poranku były Conferencye aż do jedenastey godziny circa decisiones ad postulata Nobilitatis: po których zaraz pojechali na Ratusz Jchmcpanowie Commissarze ani śniadania ani obiadu niejedząc. — Czytane były decisiones ad postulata Nobilitatis et bonum Ordinem concernentes: przewlekła się Sessya aż do godziny Szóstey w noc, y Limitacya Comissyi dziś stanęła do inszego czasu kiedy Innotescencye wydane będą. — Jmcpan Brakiel Kanclerz teraźnieyszy wprzód, a po nim JP. Merfeldt Marszałek Equestris Ordinis żegnając Commissya mieli swoje perory: którym Xże Jmć nomine totius Collegij Commissorialis odpowiedział. — Po tey Limitacyi do Kościoła pojechali Jchmcpanowie Commissarze, gdzie Xże Jmć Warmiński in assistentia Prae

214. — = Pratatow ad Expositionem venerabilis Te Deum laudamus spiewać zaczął, continuabat populus congregatus; y na Cmentarzu Dragonia ognia dawała kilka razy in gratiarum actionem. — Eadem die Jmpan Starosta Ciechanowski do Warszawy wyjechał: a jutrzeyszego dnia Xże Jmć Warmiński y inni Jchmć panowie Commissarze rozjeżdzać się maja. — . ~ . — . ~ . —.

148.) Propinqui Generosi Keyserling pro Eo Fidejussores sese offerunt. —.

Nos infrascripti recognoscimus quod cum Generosus Keyserling hactenus Cancellarius per Decretum Commissionis Sacrae Regiae cMajestatis et Reipublicæ nuper prolatum ad triennales Carceres per Jllrmum et Excellmum Dnum cMarschalcum Supremum Regni designandos condemnatus fuerit; Jlle vero ob infirmã valetudinem Suam absque vitae periculo ad praesens iter Varsaviam suscipere non potest: idcirco pro Eodem Generoso Keyserling spondemus, cavemus, et fide jubemus Eidem Commissioni Sacrae Regiæ cMajestatis et Reipublicæ, quia Eundem Generosum Keyserling ad requisitionem ante mentionati Jllrmi et Excellmi Supremi cMarschalci Regni ante futura Comitia Grodnensia Varsaviam vel Grodnam in persona Ejus statuemus, et interim sub honore, conscientia, fide, et nexu corporalis Juramenti promittimus, quod Jpsum in casum cointelligentiae cum Exteris et Protectionis affectatæ quam primum notitiam ejus accepe-rimus in Regni vel cMagni Ducatus Litlæ judicijs sistemus; aliàs personaliter Jpsi de Eo respondebimus sub vadio decem mille Thalerorum Albertinorum de bonis Nostris pro quota cujusvis per Generosos Jnstigatores Regni et M. D. Litt. in Judicijs Sacrae Regiae cMajestatis et Reipublicæ Relationum propriarum, vel in futuro termino Reassumptionis Ejusdem Commissionis vindicanda, nisi forte a personali statuitione Generosum Keyserling morbus excusaverit. — In quorum fidem manibus Nostris subscribimus. — Datt. cMitaviæ die 12. cMensis Decembris 1727. Anno. —. = Adamus Casimirus Kosciuszko = Landhoffmeisterus et Supremus Consiliarius mp. L. S. = Casimirus Christophorus Brackel Cancellarius mp. L. S. = Christop. Georgius Offenberg L. S. = Thodorus Kosciuszko L. S. — = Ferdinand Kosciuszko L. S. — = Gerchardus Ernestus Handring Subjudex Selburgensis mp L. S. = Fridericus Casimirus de Brucke dictus Fock mp. L. S. — = Hermanus Carolus Keyserling mp L. S. — = Gerhardus Joannes Keyserling L. S. — = Christianus Georgius Strombergius L.S.

Georg

Georgius Joannes Keyserling L. S. — Ferdinand Klopman mp L. S. — = — .
Otto Ernest Rappe mp L. S. — . ~ . — . ~ . —

149.) Sermo Domini de Brackel Cancellarij Curlandiae habitus ad Limitationem Commissionis. — . —.

P. T. — Non parum ad incrementum Principum gloriae confert Protectio suscepta aliorum Principum sive Rempublicarum: protegere enim oppressos ex munere Regnantibus competit, et nihil Eos Divinitati reddit similiores quam ubi Suas vires imbecillioribus mutuant eosque indemnes conservant. — Nullum sane Divini Numinis munus his Ducatibus aut acceptius aut pulchrius vel contingere potuit praestabilius, quam ut protectio Illorum a Divo Sigismundo Augusto gloriosissimae memoriae Rege et Serenissima Republica non tam animo acquirendi Dominium quam alienae jacturae compatiendi zelo stipulata, inchoata, et in hunc usque diem faustissime conservata. — Quamvis enim juxta communem politicorum opinionem foedus Clientelare sit nudus quidem Contractus inter periclitantem et omni defensione destitutum cum Potentiori, qui deinde plerumque pro libitu procedit cum inferiori, uti experti nunc et olim sunt tanti quanti Clientes, qui sub specie Protectionis ex Regibus et Principibus absolutis servi facti suam adhuc deplorant credulitatem; nunquam tamen Pacta Nostra violari permisit tam Serenissimorum Poloniae Regum sibi insita justitiae Clementiaeque Sublimitas, quam totius Sarmatiae gentis innata Generositas. — Hujus rei testis Universus horum Deputatorum Equestris Ordo ipsemet esse potest: — qui ab eo tempore quo Potentissimo Poloniae Regno certis conditionibus jurejurando confirmatis fidem dedit, et reciproce in gremium Libertatis et Privilegiorum Nobilitatis omnium receptus est; non vanam sive vacuam Libertatis duntaxat imaginem praeseferre videtur, sed Jura, Privilegia et munimenta sua, quae audax et invida multorum aestuantium manus toties quoties petere ac infringere molita, sarta, tecta, ac integra possidet, eisque contra omnes insultus et machinationes pernicosas potentissime defensis plenarie gaudet. — Luculenta et publica prepollentis protectionis et provisionis signifatio (ie) sat perspicue ex novella Constitutione Grodnensi quoque illucescit: dum Celsissimam ac Illustrissimam

hanc

"_ = hanc Commissionem tot bonorum tantaeque felicitatis auspicacissmã ordinavit; Eam Viris gravibus, moderatis, toga sagoque conspicuis exornavit; Eosque non ad strenuam legis et rigoris executionem, sed ad conservationem publicae salutis, ad abolitionem omnium et singularum querimoniarum et perturbationum, et ad eventualem post sera fata sterilia Celsissimi Ducis Ferdinandi Dñi Nri Clmtni strictiorem incorporationẽ deputavit. — Non aberraverunt Serenissimi Committentes Sua erga Vos Celsissimos, Illustrissimos, et Excellentissimos Dominos habita confidentia. Testatur enim de Vestra moderatione, generalis Amnestia gratiosissime concessa; de intemerata justitiae administratione, multae variae sententiae tum juri aequitatique consentaneæ loquuntur; Vester genuinae libertatis zelus, et Sublimis nobilitatis fervor, ex regulamine futuri regiminis Nobiscum inito apparet; et de Vestra benevolentia, liberalitate, et generositate, totam hanc Provinciam, praesens Consiliariorum Collegium, et imprimis Me non ex meritis Meis sed ex mera gratia Celsitudinum et Illustrissimarum Excellentiarum Vestrarum hac Cancellariatus dignitate mactatum, altum testimonium ferre oportet. — Gravissimum sane veri Consiliarij Officij onus est: nam qui in Subselijs Reipublicae sedent, patriae negotia tractant et dirigunt ad metam illam boni publici, ut ijs prosint quibus praesunt, saepenumero curarum adeo fluctibus jactantur ut vix e vadis emergere et scopulos praetervehere valeant. — Hinc insignes Patriæ oriuntur noxae; sed si pietas, justitia, honestas, et sedulitas in regimine exulant, in contemptum abeunt. — Haec inveterata quasi mala eliminando, exterminando, et ejiciendo, Nos Consiliarij praesentes omnem dabimus operam; ne Vos hujus promotionis poeniteat, et ut in publico hoc honore constituti, publici quoque et fideles Servi tam Serissmi Regis et Reipublicae quam Celsitudinis Vestrae et Illustrissimarum Excellentiarum Vestrarum, nec non Clementissimi Ducis Nostri et totius Patriae Nostrae charissimae existere, et ad ultimum vitae nostrae halitum permanere possimus.

= Jubeat interim immensa Dei bonitas, ut toti Orbi Sarmatico et Nobis magno huic corpori agglutinatis omnia sint laeta, tranquilla et pacata; ut desideratissimum almae pacis Sidus in aeternum nitescat; et ut solennis hic Actus Commissorialis in amplam Famæ Vestræ existimationem

et commune

et commune horum Ducatuum emolumentum a Sacra Regia Mjšte = — et Serenissima Republica sit approbatus et confirmatus. — Nos denique Consiliarij Supremi pro praememoratis beneficijs in Patriam Nostram et nosmet ipsos uberrime collatis humillimas persolvimus gratias: Nos nostraque omnia ulteriori gratiae et protectioni Celsitudinis et Excellentiarum Vestrarum omni veneration cultu tradentes et commendantes. —. ~.

150.) Specyfikacya Papierow y Oryginałow pod czas Comiſsyi Kurland. odebranych.

sub Nº Primo. —.

1º) Laudum in Conventu publico Mitaviæ d. 5. Junij in Anno 1724. conclusum.

2º) Duo Originalia unius Laudi in Conventu Mitaviæ die 5. Julij 1725. Año conclusi, przez które Jmćpan Moritz in Ducem electus. —. ~. —.

3º) Instrumentum Originale Ręką Jmpana Moritza podpisane, gdzie Kurlandczykowie junctim z Nim ſię obowiązuią utrzymywać Elekcyą sub datt. die 5. Julij 1726. —. Jest y Copia po Łacinie przetłomaczona. —. ~. —

4º) Laudum publicum in Conventu conclusum, którym Electio Jmćpana Moritza confirmatur. w Mitawie die 4. Martij 1727. —. ~. —.

5º) Laudum publicum gdzie Deputatem Jmćpan Medem do Króla Jmći obrany. — w Mitawie die 4. Martij 1727. Anno. —. ~. —. ~

6º) Instrickye dwie Oryginalne Jmćpanu Medem dane. — Tych także za Copie po Łacinie przetłomaczone. —. ~. —. ~. —.

sub Nº Secundo.

Instructiones per Extractum Authentice wyjęte ex Conventibus particularibus Districtuum Panom Deputatom do Comiſsyi naznaczonym dane. Nº 20.

sub Nº Tertio.

Aſsekuracye za niektóremi w Areszcie będącemi co Panu Moritzowi służyli, Nº 8. —. y List Jmćpana Cronfelsca do Xięcia Jmći. —. —. —

sub Nº Quarto.

1º) List Jmpana Barona Lovenvolde do Jchmćpanow Oberratow Jmieniem Cara Jmći pisany o wydanie Summy posagowey 19,000. Rublow Xnie Jmći danej y u nich złożoney aby ią do Rąk Jmpana Wesołowskiego oddali. —. ~.

2º) Dwa Kwity Jmpana Wesołowskiego z odebranej tey Summy. —. —

3º) Attestacya Jmćpana Beſtuszowa. —.

4º) Gramota Moskiewska continens w ſobie negotium Duciſsæ Curlandiæ, która po Łacinie przetłomaczona sub Titulo, punctum revisionis Curlandiæ a Legato

 — = a Legato Polonico Chomentowski tractatum. — ~. —

5º) List Oryginalny alias Credentiales Jmpanu Lessemu, który przetłómaczony po Łacinie in Copia. — ~. — ~. — ~.

6º) List Króla Jmci Pruskiego nieodpieczętowany. — — ~.

sub Numero Quinto. —

1º) Instrukcya Panu Braklowi dana do Króla JEgomości. — —.

2º) List Króla Jmci ad Supremos Consiliarios. — — — —

3º) List Xcia Jmci Biskupa Warmińskiego do Jmpana Kościuszki: y drugie dwa Jmpana Marszałka Wielkiego Koronnego y Jmcpana Kanclerza Wielkgo Koronnego ad Supremos Consiliarios pisane. — ~. — ~.

4º) Dwa Listy JP. Wwdy Wileńskgo Het. W. Litt. do Tychże panow Consiliarzow. —

5º) Copie Reskryptu Jmieniem Xcia Ferdynanda od Panow Consiliarzow expedyowanego do Pana Kapitana Brinka. — ~. — ~.

6º) Mandatum Commissoriale do Possessorow Bonorum Ducalium, y List Jmcpana Reka do Niehże pisany. — — — ~. —.

7º) Copia Listu Jmpana Brinka y Keyserlinga do Jaśnie Wielmoznych Jmi panow Kanclerza W. Kor. y do Hetmana Wielkiego Koronnego, pisanego. —.

8º) Trzy Protestacye Jmpana Keyserlinga. — ~. — ~.

9º) Copie trzy Uniwersałow Jmieniem Xięcia od Panow Consyliarzow expedyowanych ad Ordinem Equestrem. — — — — —.

10.) List Jmcpana Medem do Jmcpana Keyserlinga Kanclerza. — ~

sub Numero Sexto. —

1º) Instrukcya Króla Jmci do Kurlandyi Jchmcpp. Commissarzom dana. —.

2º) Reversale, alias Submissio Fidelitatis Jchmc panow Consiliarzow y Deputatow Ręką Onychże przy pieczęciach podpisana. — ~. —.

3º) Formula futuri Regiminis Oryginalna manibus Celsissimæ Commissionis, tum Supremorum Consiliariorum, ac nomine totius Nobilitatis a Mareschalco, Deputatis ab Ordine Equestri subscripta et sigillata. —.

4º) Sponsio za Jmpanem Keyserlingem ad Carceres dekretowanym. —.

5º) Specyfikacya Srebra od Moskwy odebranego po Panu Moritzu podpisana od Jmx. Officyała Inflantskiego że to Srebro na Kościoły odebrał. — —.

6º) Specificatio Scriptorum et redditorum Xciu Jmci Biskupowi Warmińskiemu przez Jmxa Opata Sieciechowskiego Ręką Jegoż podpisana. —.

151.)

151.) Ordinatio futuri Regiminis = —.
Ducatuum Curlandiae et Semigalliae.

Sub immediato Dominio Regum Poloniae et Reipublicae, in casum Sterilium fatorum moderni Illustrissimi Ducis Ferdinandi; per Nos Christophorum in Słupow Szembek Episcopum Varmiensem et Sambiensem, Casimirum de Kozielsko Ogiński Trocensem, Stanislaum Donhoff Połocensem Campi Ducem Magni Ducatus Lithvaniae, Stanislaum Chomentowski Masoviae, Campi Ducem Regni, Palatinos. Ex Minori Polonia: Jacobum in Skrzynno Dunin Referendarium Regni, Capitaneum Radoszycensem et Visticensem; Georgium Ożarowski Dapiferum Cracoviensem; Ex majori Polonia: Josephum Nakwaski Capitaneum Ciechanoviensem, Alexandrū Łodzia Poniński Venatorem Uschovensem, Franciscum Szembek Capitaneum Tolkmicensem, Adamum Krasiński Pincernam Ciechanoviensem Colonellum Sacrae Regiae Majestatis. Ex magno Ducatu Lithvaniae: Michaelem Ducem in Nieświesz et Ołyka Radziwiłł Capitaneum Praemisliensem, Josephum de Campo Scipio Capitaneum Lidensem, Sigismundum de Vahlen Vexilliferum Grodnensem, Antonium de Eperiess Colonellum Sacrae Regiae Majestatis, Commissarios Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, ex Comitijs Grodnensibus Anni Domini Millesimi Septingentesimi Vigesimi Sexti Delegatos, facta et conscripta Mitaviae Die quinta Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Septimo. —. ~. —. ~.

= Cum ea omnium Feudorum natura sit, ut deficientibus ijs quibus ob insignia et eminentia merita conferuntur, redire debeant ad liberam Supremorum Dominorum dispositionem et immediatum, directum, ac utile Dominium; prudentiaque et Ordo, rerum anima, suadet, ut circa proximam eorundem ad Supremos Dominos devolutionem tempestive norma futuri Illorum regiminis instituatur; itaque Nos Commissarij per Constitutionem Comitiorū Grodnensium in anno praeterito Millesimo Septingentesimo Vigesimo Sexto a Sacra Regia Majestate Domino Nostro Clementissimo reliquisque Reipublicae Ordinibus ex universali eorum Omnium assensu ad Ducatus Curlandiae et Semigalliae, pro facienda Ordinatione eventuali in casum sterilium fatorum Illustrissimi Ducis moderni Ferdinandi, et exaudiendis Ordinis Equestris desiderijs, alijsque negotijs Nobis Commissis, designati; inhaerendo antiquissimis =

jurib

"— =juribus Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, in hosce Ducatus per Pacta Subjectionis liberè et spontaneè Regibus Regnoque Poloniae et Magno Ducatui Lithuaniae in aeternum subjectos, et ad corpus Reipublicae in Anno Millesimo Quingentesimo sexagesimo nono adjunctos et incorporatos, tum Sacro vinculo juramenti in formula Reiminis expressi ad fidem et obsequium Regibus et Reipublicae inviolabiliter servandum obstrictos, utilique et immediato extincta Ducali Stirpe Ketleriana Regum ac Reipublicae Polonae Dominio in perpetuum subjectos, nec non armis et sanguine Civium Reipublicae ad hostium quorumvis insultus gravibusque periculis defensos, liberatos et servatos; tum quoque satisfaciendo Legi publicae in praedictis Comitijs Grodnensibus latae, et secundum gradus Nobis in ea praescriptos procedendo, Instrumentum Pseudoelectionis Mauritianae et omnia alia juribus Reipublicae nociva et contraria per alte dictam Constitutionem Grodnensem cassata et annihilata ex Actis publicis horum Ducatuum eliminari fecimus; debitam fidem, subjectionem, et obedientiam per renovatos nexus, in assecuratione a Magnificis Supremis Consiliarijs Regentibus et Generoso Equestri Ordine Reipublicae datà asseruimus; descendimus tandem ad examinanda desideria a Generoso Ordine Equestri Ducatuum Curlandiae et Semigalliae ex Conventu publico hic Mitaviae celebrato per Generosum Ordinis Equestris Mareschalcum Henricum Joannem à Meerfeldt Nobis exhibita: Igitur matura deliberatione perpensis ac trutinatis hisce Generosi Equestris Ordinis desiderijs et postulatis, juxta concessam Nobis per legem publicam facultatem, ea quae Pactis Subjectionis, Privilegijs Serenissimorum Regum Poloniae, formulae Reiminis, Decisionibus Commissorialibus innixa, ac Juribus et commodis Reipublicae, securitatique, tranquillitati, et utilitati horum Ducatuum consentanea esse videntur, accedente ad id voluntario Generosi Ordinis Equestris assensu et spontanea submissione, relative ad approbationem Reipublicae, pro norma et methodo futuri Reiminis in casum sterilium fatorum Illustrissimi moderni Ducis, exclusa in perpetuum tam per antiquiores quam per recentem Legem Novi alterius Ducis infeudatione, prohibitaque universis et singulis sub poenis severissimis ex omni jure illicita cum Extraneis Principibus correspondentia, et vetita cointelligentia, Statuere Nobis visum est: — —

primo

=Primo. – Provincia haec generaliter circa pacta primoevae Subjectionis, = Privilegium Nobilitatis a Divo Rege Sigismundo Augusto clementissime concessum, Formulam Regiminis, Statuta, Decisiones Commissoriales tam anteriores quam novellas, tum et lauda publica, s: dummodo tam Juribus Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae super hos Ducatus quam Juribus Cardinalibus horum Ducatuum ac Religioni Romano-Catholicae juxta formulam Regiminis non sint contraria, nec in praejudicium et cum injuria privatorum statuantur: s, possessionem Dignitatum quae tempore aperturae legitime collatae reperientur, nec non omnium bonorum sive feudalium sive hypothecariorum, et integram rei Ecclesiasticae Augustanae Confessionis administrationem, ejusdemque Religionis juxta expressa verba formulae Regiminis perpetuum et sine ulla immutatione liberum Exercitium in Suis Ecclesijs, libertates, immunitates, praerogativas, et summatim circa omnia et singula antiquitus acquisita et concessa jura, consuetudines, et observantias legitimas tam in Ecclesiasticis quam politicis, penitus conservabitur; salvis et illaesis juribus, privilegijs, immunitatibus, ritibus observantijs Religionis Romano-Catholicae, juxta formulam Regiminis, Decisiones Commissoriales, statutis et concessis, quae vim et robur perpetuae firmitatis habere debent cum libero praedictae Religionis exercitio. — ~ — ~ — ~ — ~

Secundo. – Eo vero casu, quo Illustrissimus Dux modernus Ferdinandus sine prole mascula fatis cederet, Curlandia et Semigallia ita incorporatae esse censeantur; tanquam Ducatus, Juribus, pactis, et privilegijs peculiaribus gaudentes; quibus sicuti omnibus reliquis, nullae Constitutiones quoad immutationem Jurium et Legum Fundamentalium, Religionisque Augustanae Confessionis praejudicent; cum promissum sit quod Pactorum ac formulae Regiminis Authoritas aeterna esse et permanere debeat. – Itaque provincia haec nomine Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, ut tunc temporis Ducatuum Curlandiae et Semigalliae immediatorum et utilium Dominorum, a quatuor Consiliarijs Supremis et duobus Assessoribus Judicij, juxta formulam Regiminis, itidem a Capitaneis Majoribus et Minoribus hoc modo regatur: = ut Sede unius vel alterius vacante Dignitariorum et Officialium talis sit Electio:, Ut Capitanei Majores et Minores nec non in formula Regiminis nominati duo Assessores, per solum Ordinem Equestrem in Conventibus publicis eligantur,

et a

= et a Consiliarijs Supremis nomine Sacrae Regiae Majestatis confirmentur : Consiliarij vero Supremi a Sacra Regia Majestate ex quatuor Capitaneis Majoribus afsumantur et per Privilegium constituantur : Cum autem Cancellarius non tantum ex quatuor Capitaneis Majoribus uti coeteri Consiliarij sed ex reliqua Nobilitate creari possit, et hocce Officium virum Idoneum ac multis qualitatibus dotatum requirat, consultum fuit, ut facultas eligendi tres Candidatos in Conventibus publicis Eosque Sacrae Regiae Majestati presentandi, penes Generosum Ordinem Equestrem relinqueretur; ex quibus electis et praesentatis qui Augustanae Confessionis sint, cum juxta antiquissimum usum et Statuta Curlandiae Cancellarius Consistorij Augustanae Confessionis sit Preses, Sacra Regia Majestas uni Officium Cancellariatus conferet: = ne vero per Electionem Capitaneorum et Majorum et Minorum Catholici quorum paucus numerus a Dignitatibus et Officijs excludantur quibus secundum formulam Regiminis ad munia publica aditus patēre debet, id circò afsentiente ad id Generoso Ordine Equestri, statuimus, ut omnino unus inter Consiliarios Supremos, unus inter Capitaneos Majores, et Duo inter Capitaneos Minores, sint Catholici, nec in hisce Officijs Eorum numerum nobilitas augere teneatur. – Quodsi contigerit aliquem ex Consiliarijs vel Capitaneis post afsecutam jam Dignitatem vel Officium, Catholicam fidem amplecti, id nec Illi nec alteri Catholico in simili Officio constituto ullum dignitatis Suae detrimentum ac periculum adferat; praeter Cancellarium qui juxta reservationem a Nobilitate factam post resignationem Augustanae Confessionis munia Cancellarij non exercebit, et alius Cancellarius in Ejus locum facta ab Ordine Equestri Electione et praesentatione constituetur, titulo tantum solo hujus Officij Cancellariatus salvo Illi manente: Duo vero Afsefsores Judicij liberis Nobilitatis suffragijs eligendi per lauda publica confirmentur. – Ad Eos autem Dignitarios et Officiales eligendos quoties opus fuerit, ad instantiam vel Generosi Ordinis Equestris, aut Ejus constituti Plenipotentis, Conventus publicus extraordinarius a Supremis Consiliarijs nomine Regis indicetur; nec quisquam sive Consiliariorum sive Capitaneorum aliorumque Officialium absque gravi et justa legitimaque causa, sine cognitione Judiciali, a loco et Officio Suo amoveatur: Si autem cognitio a Consiliarijs Supremis et Afsefsoribus una cum quatuor

Capit

Capitaneis Majoribus unius vel alterius absentia non obstante, sive = — . in Ordinario sive in extraordinario Termino facta fuerit, s: salva parti gravatae a sola definitiva appellatione :/ removeri possit. — Si vero contigerit ut unus Capitaneorum Majorum vel Minorum removeretur vel alia ex causa Officio Suo fungi impediretur, hinc proximus quisque loci Capitaneus, ne Judicia Justitiaeque administratio retardentur, vices Ipsius suppleat. — . ~ . — .

Tertio. — Cum pensiones omnibus Dignitarijs, et imprimis Magnificis Consiliarijs Supremis ordinatae tenues admodum et exiguae sint, ex quibus dignitatem sustinēre nullatenus valent; itaque ne cursum Justitiae ob modicos proventus sistere, vel ex donis vivere, aut accidentia illicita sollicitare cogantur, convenientiora Dignitatibus et Officijs Salaria ex Proventibus Bonorum Ducalium, jam tunc ad utilitatem et dispositionem Reipublicae devolvendorum assignantur; scilicet, ut unicuique Consiliario Supremo ultra solitum mille florenorum Albertinorum salarium quingenti floreni Albertini quotannis addantur, et realiter per Generosum Oeconomum Bonorum Feudalium exsolvantur. — . ~ . — . ~

Quarto. — Quemadmodum juxta formulam Regiminis in omnibus punctis observatam, et praecipue juxta hos paragraphos, quod nemo omnium sive Nobilium sive Incolarum bonis Suis sine legitima cognitione et judicio privetur; item si lis inter Regimen et Nobilem sive unum sive plures de Possessionibus, alijsque rebus orta fuerit; quod causa Eorum immediate coram Judicijs Relationum Sacrae Regiae Majestatis intentetur; nec ulla Rescripta Regia contra jura hujus Provinciae a Regimine Ducatuum horum attendantur; immo ut super impetrantes ad sinistram Cancellariarum Regni et Magni Ducatus Lithuaniae informationem talia Rescripta, poenae in formula Regiminis expressae, exterdantur, perpetuo cavetur. — . ~ . — . ~ .

Quinto. — Quia vero naturalis et communis Defensionis exposcit ratio, ut subsidia aliqua Reipublicae, urgente necessitate belli cum extraneis a Sacra Regia Majestate et Republica gerendi, a Generoso quoque Equestri Ordine subministrentur; idcirco ad servitia Equestria in formula Regiminis praescripta, nempe ex viginti uncis Raytarum unum reducendo, juxta allegatam uncorū proportionem, hocce subsidium ad numerum ducentorum Raytarorum sive Equitum praeter Officiales, tempore belli, ex Bonis Solis Nobilium, annumeratis ijs quae Domus Ducalis jure allodiali a Nobilitate acquisivit, praestanda, fidem suam obligat. — Quoniam autem sistendi hi milites ob inaequalitatem uncorum magna adferant incommoda; hinc Generosus Ordo Equestris loco servitiorum

Equen

. = Equestrium, juxta formulam Regiminis praestandorum, primo Anno coepti belli triginta millia Imperialium Albertinorum, reliquis vero annis quamdiu bellum duraverit quotannis Decem millia Imperialium se exoluturum promisit; hoc tamen praecauto, si tum temporis sive copiae hostiles sive etiam milites Reipublicae provinciam hanc pro defensione occuparent, ne praedictus Ordo Equestris ad exolvendas ante memoratas pecunias, nec ipso belli tempore nec etiam post recuperatam pacem, pro his annis quibus vel Copiae hostiles vel Reipublicae in visceribus hujus Provinciae permanserint, exolvere obstrictus sit: praeter praedicta autem servitia, ab omnibus inhospitationibus Militum, contributionibus, omnibusque alijs ejusmodi oneribus liber et immunis erit. —.-

Sexto. – Item Regimini hujus Provinciae, Jurium omnium Superiorum, nimirum juris cudendae monetae, et aliorum ex pactis Subjectionis resultantium exercitium, uti Illustrissimi Duces ea habuerunt, relinquitur; adeo ut ea omnia nomine Sacrae Regiae Majestatis exercere possit, ita tamen ut moneta, ad pondus et valorem intrinsecum hunc quem in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae vicinisque Provincijs cursum habent, cudenda; ex una parte effigies Regia, ex altera Insignia Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae inclusis Insignibus Ducatuum Curlandiae et Semigalliae, imprimantur. —.

Septimo. – Quoniam jam ante annos complures moderna Sacra Regia Majestas feliciter regnans concedere dignata est, ut Generosus Ordo Equestris Provinciae plenipotentem eligere et constituere possit, cujus officium erit providere ut Leges, Jura, et Libertates Provinciae quocunque tempore in viridi usu et observantia conserventur, et si quid in contrarium vel a Regimine vel a quovis alio inciderit, de eo ad Sacram Regiam Majestatem deferre; licitum itaque erit ejusmodi Provinciae Plenipotentem eligere et constituere, qui tamen nullas innovationes vel aliqua molimina et negotiationes cum Extraneis quocunque titulo et pretextu inire audebit, sub poenis contra violatores Jurium Reipublicae et Perduelles sanctis. —. ~. —. ~. —. –

Octavo. – Cum fines Ducatuum Curlandiae et Semigalliae ex parte Livoniae et Magni Ducatus Lithuaniae non mediocriter coarctati et imminuti sint; curabit Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus et Respublica et convenientia media adhibebit, ut fines in ordinem redigantur, limites juxta ductum Pactorum Subjectionis definiantur, et quidquid Ducatibus Curlandiae et Semigalliae subtractum apparuerit, Illis restituatur. —. —.–

Nono. – Siquidem ad Regimen manutenendum et justitiam exe= —.
quendam milites necessario requirantur; numerus duodecem Raytarorum et triginta peditum habeatur, Illisque ex reditibus Ducalibus juxta antiquam consuetudinem stiperdium exolvatur. —. ~. —. ~. —

Decimo. – Conservatur quoque in Ecclesiasticis et eò spectantibus Judi= cium Consistoriale, quod hucusque in viridi usu et observantia fuit, quodque ex Consiliarijs Supremis et duobus Assessoribus Augustanae Confessionis, Superintendente et praepositis consistit, et uti antea semper ita et inposterum Cancellarius praesidium retineat, et in eo omnia quae ad integram Rei Ecclesiasticae administrationem pertinent, constituantur et decidantur. – Conventus, quos vocant Synodos, habeantur; eo tamen praecauto, quod idem Consistorium Augustanae Confessionis nullam unquam super personis Romano Catholicis cujuscunque Status et conditionis, /: si rei fuerint :/, Jurisdictionem sibi usurpare poterit. ~ Causae vero Matrimonij, in quibus una persona Conjugum erit Catholica, nec ex reatu nec ex actoratu ad praedictum Consistorium ullatenus trahantur. – In His templis in quibus Dux vel Patronus solus fuit vel Compatronos habuit, tam in Templis omnium Urbium quam agrorum nulla mutatio suscipiatur; eaque Templa et Parochiae cum omnibus ijs assignatis Emethonibus et alijs pertinentijs, Concionatoribus Augustanae Confessionis, /: quibus ex reditibus Ducalibus juxta morem receptum salarium persolvatur :/ provideantur, et ex praefecturis tecta atque sarta serventur, imò quoties opus fuerit emendentur, in quantum antiqua collapsa fuerint. – In ijs templis ubi Nobiles Jus Compatronatûs habent, pars competens uti antea conferatur, et ad hanc partem competentem tam quoad Concionatorum Salarium quam quoad conservationem Templorum conferendam et exolvendam, etiam Catholicae Religionis Compatroni teneantur. – Jus tamen Patronatûs, quod et ubi Ducibus competebat, Sacrae Regiae Majestati per Consiliarios Supremos nomine Regis exercendum, reservatur. Itidem Nobilibus Jus Patronatus in Suis Templis et Jus in bonis Suis Templa aedificandi, ea renovandi, et quidquid aliàs Ipsis competierit uti antea habuerunt aut habere potuerunt per omnia et in omnibus relinquitur.

Undecimo. – Cum Curlandia Gymnasio Academico destituta sit,

unde

 = unde et Nobilium et Civium liberi magnis cum Sumptibus in ctcademias Germaniae mittendi, non mediocrem Summam pecuniae provinciae auferunt; praeterea multae Viduae et Virgines paupertate premantur et non habeant quo vitam suam honeste sustentare possint: Igitur Evangelicum Gymnasium et Coenobium pro viduis et Virginibus instituendi et conservandi quocunque tempore, dummodo non ex proventibus Ducalibus facultas indulgetur. – Illa autem pauca hospitalia et viduarum domus uti et Scholae hic in Curlandia et Semigallia existentes, in eodem Statu in quo sunt retineantur, et quae ipsis dedita sunt prompte et expedite exsolvantur.

Duodecimo. – In Privilegio Divi Sigismundi Augusti S. P. clementissime provisum est, quod Nobiles in omnibus bonis Feudalibus jam obtentis vel quovis modo sive speciali gratia sive Contractu licito obtinendis, liberam et omnimodam potestatem de jis disponendi habeant: idcirco bona quae Nobiles a Domo Ducali jure feudi obtinuerunt, praevia probatione jurium feudalium coram Commissione Regia eodem jure uti obtinuerunt etiam post fata Illustrissimi Ducis sterilia tenebunt et possidebunt: bona vero Allodialia a Ducibus acquisita et libero commercio subjecta, uti fuerunt ita semper remaneant. —. ~. —. ~.

Decimo tertio. – Cum vel bello vel alijs varijs et innumeris casibus, immo ipsa diuturnitate temporis evenit, ut Privilegia et Documenta praediorum nonnullorum Allodialium perierint; ea juxta praescriptum in Privilegio Divi Sigismundi Augusti § 8. a Sacra Regia Majestate novis Diplomatibus innoventur, si de bonorum haereditatione tranquilla atque continua possessione constiterit; et absque necessitate producendi Privilegia sua in bonis suis conserventur; et praedijs Nobilibus Allodialibus, jura si quae in bonis et praefecturis Ducalibus habeant, ac per documenta vel longam ac quietam possessionem demonstrare possint, uti est jus lignandi, pascendi, piscandi etc. quiete et citra ullam turbationē retineantur.

Decimo quarto. – Contractibus Ducalibus pignoratitijs ut satisfiat, Generosi Oeconomi bonorum feudalium cura esse debebit; adeo ut si possessoribus in bonis pignoratitijs diutius remanēre non placēret, Ipsis, post resignationem legitime factam, s: modo bona ista possessoris culpa non sint deteriorata, quo casu juxta Decisiones Commissoriales novellas procedendum:/

vel Credit

vel Creditum una cum legitimis Suis praetensionibus juxta = — .. —
tenorem Contractus exsolvantur, vel etiam ad id extenuandum praefectura vel praedium tale tradatur, ex quo juxta consuetam proventuum computationē, praetensiones Suas legitimas extenuare possint. – Illi vero possessores qui vel Jure extenuationis pignoratitio vel Arendæ bona Ducalia jam tenent in possessionibus Suis usque ad finem Contractus nullomodo turbentur: salvo tamen calculo juxta anteriorís Commissionis decisiones; et eo quam firmissime praecauto et inhibito, ne quisquam eorum jus Suum in Extraneum vel Potentiorem transferat sub nullitate Transactionis et solutione aequivalentis Summae ad Fiscum. — . ~ . — . ~ . –

Decimo quinto. – Bona Ducalia in sempiternum naturam Suam retinebunt; et quae tempore Subjectionis saecularia fuerunt, nunquam in bona Spiritualia permutabuntur; et si illa vel pignori dentur vel locentur, non alijs quam Nobilibus Indigenis relinquentur. – Ad arendas autem et administrationem eorundem non solum Nobiles sed etiam Civicæ personæ idoneae et possessionatae admitti poterunt, nobilium tamen prima habita ratione; simulque curabitur ut possessoribus Bonorum Ducalium non Indigenis, in praetensionibus quae justae et legitimae apparebunt et censebuntur, quam primum satisfiat, et Eorum loco Indigenæ assumantur. Dignitarijs vero cum dignitate simul praefecturarū administratio non competat.

Decimo Sexto. – Nobiles sicuti antea et in posterum atque in aeternum tam in nundinis quam omnibus alijs casibus, a vectigalis solutione exempti manebunt; omniaque vectigalium augmenta et nova Thelonia in praejudicium Jurium Nobilitatis, quocunque nomine veniant, prorsus tollantur. – Ne vero Nobiles quoque in bonis Suae possessioni subjectis, privata et nullo jure fundata Thoelonia in aggravationem Civitatensium et Mercatorum usurpare praesumant, inhibetur. — . ~ .

Decimo septimo. – Quoad Rusticos in Rigensium ditiones profugos; in futura cum ministris Extraneis Conferentia, huic quoque negotio opera dabitur, ut retrādantur. – Pro recuperatione autem transfugorum in Lituaniam sufficienter lege novella omnibus provisum est; dummodo jure retorsionis, eadem quoque in hisce Ducatibus Subditorum ex Lithvania transfugorum Legis et Justitiæ in extradendis Illis, exhibeatur observantia. — .

Duodevigesimo – . Jus Indigenatus Nobilitatis Curlandiæ et Semigalliæ

in Reg

„ — = in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithvaniae prout est incontestabile, et Constitutione novella Grodnensi Anno millesimo septingentesimo vigesimo sexto cautum; ita accessus ad omnes Dignitates uti Nobilibus Polonis et Lithvanis, s: salvis legibus publicis:/ Eidem Nobilitati pateat. — . ~

Undevigesimo. – Quoniam autem Nobilitas horum Ducatuum ex varijs rationibus impossibilitatem alicujus subsidij, praeter servitia Equestria in § 5. hujus Ordinationis, Sacrae Regiae Majestati et Reipublicae ullo unquam tempore solvendi vel praestandi demonstravit; s: tametsi juxta paragraphum decimum septimum Privilegij Divi Sigismundi Augusti, ad innatam Ordini Equestri generositatem et spontaneum pro defensione communi concursum via non precludatur:/; volens tamen ut Respublica ex immediata hujus provinciae subjectione sentiat Suum utile, super Illa Dominium; beneficio panis benemerentium, quod in Bonis Regalibus per totum Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithvaniae sitis et per distributivam justitiam Regum conferri solitis consistit, in hac provincia sponte Sua renunciavit, et privatum hocce particularium meritorum premium et commodum publicae utilitati et emolumento sacrificavit, ita scilicet: ut omnia bona Domûs Ducalis Feudalia in hac Provincia existentia nunquam possint quocunque titulo feudi, Emphiteusis vel Juris advitalitij, usibus privatis applicari, nec ullo unquam modo distributivae justitiae Regum subsint, sed pure et mere ad utilitatem publicam convertantur. — Nos igitur laudabili zelo et voluntario Consensui Nobilitatis inhaerendo decernimus, ut ex omnibus bonis et Proventibus Ducalibus fundus perpetuus et inalienabilis in subsidium virium Reipublicae constituatur, et Copiae peculiares in hac provincia erigantur; quae imperio Ducum Exercituum Regni et Magni Ducatus Lithvaniae suberunt et ab Eorum mandatis dependebunt; ita tamen, ut hae Copiae sine omnium bonorum Nobilium aggravatione, inhospitatione, et alio, quocunque nomine veniant, onere, ex stipendijs vivant; neque quisquam milites ex Emethonibus Nobilium conscribendi facultatem sibi arrogare presumat; et si quis Emethonum in numerum militum esset assumptus, is Domino suo repetenti instantaneè et absque ullis diffugijs restituatur; quò autem amplior iste fundus esse possit, et Respblca serius quidem, uberiorem tamen ex plena praefatorum bonorum possessione fructum percipere, eoque majorem numerum copiarum Militarium habere valeat;

tali mo-

tali modo futurae eorundem proventuum dispositioni providetur: = — „
ut omnes reditus liberi tam ex Civitatibus quam ex bonis, sylvis, vectigalibus,
coeterisque utili Dominio annexis juribus provenientes, quotannis in aera-
rium publicum collati, reservata pro legitimis expensis tertio et decimo
praesentis Ordinationis articulo circumscriptis sufficienti pecuniae summa,
in reluitionem bonorum feudalium oppignoratorum praevia liquidatione et
calculatione praetensionum applicentur; et quidquid proventuum inde acce-
serit eadem ratione tollendis prorsus reliquorum bonorum oneribus impen-
datur; donec omnes praefecturae et praedia feudalia aere alieno liberen-
tur; hoc tamen servato ordine reluendi, ut illa bona prius recuperentur,
ex quibus ducta proportione Summae Capitalis majores reditus percipi possunt.

Oeconomus Generalis omnium bonorum et proventuum a Sacra Regia Mjsk
constituatur; sitque Nobilis Indigena Curlandus bene possessionatus, Admini-
strationem praefatorum bonorum et reditnum Ducalium solus habeat: —
Officialibus omnibus salaria sua annuatim absque ulla tergiversatione
vel praetextu imprimis exolvere teneatur: quaecunque pro extructione Tem-
plorum juxta Decimum Ordinationis praesentis articulum, vel conservatione
eorundem, et salarijs Ministrorum, Xenodochijs, Domibusque Viduarum, Scho-
lis, Parochijs juxta veterem usum et continuam praxim ex bonis Ducalibus
tribui solent, aut ad alias pias causas antiquitus ex ijsdem destinata sunt
et hactenus usitata fuerunt, prompte exsolvat: rationes coram Supremis
Consiliarijs quotannis fideliter reddat, Illi autem sub occluso rotulo justi-
ficatas easdem rationes Sacrae Regiae Majestati et Reipublicae ad initium
Comitiorum Generalium transmittant: quo tempore Oeconomus quoque
Generalis compareat, et calculationem factam examini Ministrorum Sta-
tûs et Belli utriusque Gentis subijciat. — Formula Contractuum
futurorum qui ab Oeconomo dandi et subscribendi erunt juxta morem
antiquum conservetur; et si lis inter contrahentes exoriretur secundum
praescriptum Decisionum Commissorialium Anni millesimi Septingentesimi
Decimi Septimi dirimatur. — Si autem praeter spem cuipiam sive Offi-
ciali, sive Templis vel eorum Ministris debita salaria, aut Xenodochijs,
Domibusque Viduarum, et in alias pias causas, ea quae legitime competunt,
Oeconomus exsolvere retardaret, unicuique liceat per Querelas ad Consili-
arios Regentes refugere; qui plenariam facultatem habeant Illum ad

prompt

„ = promptissimam exsolutionem ex Bonis Ducalibus non tantummodo adstringere, sed etiam processu summario coram Judicijs Suis ob non praestitam debitam exsolutionem instituendo, in Ejusdem bonis proprijs refusionem damnorum et expensarum decernere; nec Ei hoc in passu ad Sacram Regiam Majestatem ulla concedatur Appellatio. — In locatione bonorum quantum sine detrimento fisci esse poterit, Nobilium Indigenarum Curlandorum prima ratio habeatur. — Ante factam salariorum et suprafatorum praestandorum exolutionem, nulla pecuniarum summa extra Ducatum mittatur. — In causis Judicialibus, quae exempli gratia extraditionem Emethorum, ductum limitum etc concernunt ad solum Regimen spectant, Oeconomus se non immisceat; nec in his casibus legitimas Instantias juxta leges et praxim Provinciae ac usitatum processum juris, unquam perturbare praesumat. — Bona Ducalia in sua propria et personali administratione solus non retineat; sed tam illa quam omnes reditus publicos vel plus offerenti locet vel personae idoneae ad administrandum concedat. — Ipse vero universalem, quoad ineundos Contractus, instituendosque et amovendos Administratores, dispositionem, ac supremam ut res oeconomica bene tractetur inspectionem habeat; proventus omnes recipiat; aerario publico praesit; pecuniam fisco illatam, detractis juxta anteriora puncta necessarijs expensis tali ratione qualis nunc praescribitur, in recuperationē bonorum Ducalium sub onere hypothecario existentium, applicet. — Postquam autem omnia liberata et copiae jam erectae fuerint, stipendia Militaria exacte juxta Dispositionem Reipublicae exolvat. — Augendis, quantum salva aequitate fieri potest, emolumentis et proventibus publicis, conservandis et meliorandis bonis Ducalibus, retinendis et recuperandis eorum Emethonibus, omnem possibilem curam impendat. — Ex administratione et locatione bonorum ac Reditum nullam privatam utilitatem quaerat; munera etiam ultro oblata a personis cum Illo ex ratione Officij aliquid negotij habentibus non acceptet; sed ex assignato salario vivat; tum Ecclesias Romano-Catholicas Mitaviensem et Goldingensem sartas tectasque conservet et manuteneat. — Quae omnia ut eo exactius adimpleat, fidem suam super praemissis, et super observandis Legibus provinciae, juramento coram Consiliarijs Supremis praestando, circa apprehensionem Officij obstringere tenebitur: si vero aliquid in damnum Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, vel detrimentum fisci, contra fidem et obligationem

Suam

suam fecerit ex cujusvis delatione, Commissio mixta ex polonis, Lithuanis et Curlandis contra illum instituatur; quae pro qualitate delicti Eum poenis afficere vel ab officio removere poterit. — Praefectus Sylvarum simili ratione Nobilis Indigena Juratus et bene possessionatus a Sacra Regia Majestate constituetur, illique sylvarum cura et conservatio incumbet; Curatores et Custodes saltuum ab illo dependebunt. — Duo Magistri Theloniorum Libaviensium et Vindaviensium pariter jurati et exercendo huic muneri idonei, sine distinctione conditionis, Privilegio Sacrae Regiae Majestatis constituendi, praedictarum Civitatum portorijs praeerunt: quidquid autem ex Thelonijs et Sylvis provenerit, aerario publico inferatur: praedicti quoque tres Officiales tam quoad dispositiones pro augmento horum redituum faciendas, quam quoad reddendum calculum ab Oeconomo Generali dependeant. — Cum autem secundum praesentem ordinationem Consiliarij Supremi ab Oeconomo Generali Calculum exigere, et ne quid in damnum Reipublicae vel detrimentum fisci fiat prospicere teneantur; ad ordinarium illorum juramentum sequentia puncta addenda esse censentur: „ Omni pro viribus meis „ cura, sollicitudine et vigilantia ad id concurram, ut bona et proventus ad aerarium publicum pertinentes, integre et citra omnem defraudationem administrentur; in usus a Republica assignatos fideliter applicentur; nec quisquam „ ex illis privatum lucrum me sciente percipiat, quod nec ego ipse pro me vel „ pro alijs directe vel indirecte queram; immo si quid mihi ab Oeconomo Generali vel illius gratia ab alijs oblatum fuerit non acceptabo; rationes rei „ Oeconomicae quotannis diligenter, et excluso omni amicitiae, consanguinitatis vel praesentis aut futurae utilitatis respectu, ab Oeconomo exigam; „ illasque ad initium Comitiorum Generalium Sacrae Regiae Majestati et Reipublicae eadem fidelitate transmittam; si quid ab Oeconomo vel per negligentiam et conniventiam illius ab alijs in praejudicium Civitatum, praefecturarum, bonorumque Ducalium et Fisci publici, fieri advertero, Sacrae „ Regiae Majestati deferam; in omnibus denique damna publica avertere, „ commoda et emolumenta procurare satagam." — . — . Quò autè plenius integrae proventuum publicorum administrationi provideatur, et Officiales in obeundis muneribus suis exactiores sint, procurator Fiscalis a Sacra Regia Majestate constituetur; cujus Officium erit omni possibili conatu ad id incumbere et providere, ne reditus Reipublicae, Civitatibus, Bonisque Ducalibus, damnum aliquod a quopiam inferatur; ne praefecturae et praedia sive per =

incuriam

= incuriam Oeconomi sive per iniquas exactiones et oppressiones Cmethonum, in deteriorem statum collabantur; ne silvae et saltus devastentur, ne proventus publici per favorem vel dolum minori pretio quam deberent locentur; ne in Contractibus et Calculationibus aliqua collusio fiat; vel pecunia publica in privatos usus convertatur; aut quisquam ex Fisco et fundis ad fiscum pertinentibus lucrum aliquod privatum habeat; utque Officiales officia Sua, omni qua par est diligentia exerceant, et Jura Reipublicae et hujus Provinciae nullum praejudicium patiantur vel labefactentur. ~ Si quid vero in contrarium a quocunque ageretur, id Sacrae Regiae Majestati et Ministris Jdem Fiscalis fideliter deferre tenebitur: munera sub poena peculatûs a nemine acceptabit: nihil damnosum Fisco et Reipublicae per favorem, respectum, aut ob pollicitationes, vel spem alicujus proprij emolumenti reticebit, et super omnibus premissis punctis Juramentum coram Supremis Consiliarijs praestabit. —.

Vigesimo. — Jd denique firmissime et omni meliori modo spondetur et cavetur ex mutuis Reipublicae et hujus Provinciae vinculis et stipulationibus, quod Ducatus hi Curlandiae et Semigalliae nunquam a Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae separabuntur, vel alij Exotico Dominio aut Regimini cedentur; sed in oeternum tanquam indivisibile politici Reipublicae corporis membrum, sub Regum et Reipublicae Dominio, perpetuaque et immediata subjectione permanebunt; nec Status Eorum jam constituendus ullo modo sine Consensu Generosi Ordinis Equestris immutabitur. — Nosque omni studio et conatu possibili promoturos et curaturos fore, ut Jura eorum antiqua et quae jam a Commissione Nostra Ipsis stipulantur, in Comitijs Generalibus proxime venturis a Sacra Regia Majestate et Republica solenniter confirmentur et approbentur, atque hoc modo Authoritatem Aeternam obtineant. —.

Primo et Vigesimo. — Si quid vero ob angustiam temporis omissum, quod Provinciae huic proficuum et ex usu esset; eorum a Sacra Regia Majestate et Republica postulandorum, non praescinditur facultas. —. ~.

Sequuntur Subscriptiones Commissariorum Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae, Secretarijque et Notarij ejusdem Commissionis; demum per omnes Supremos Consiliarios, et Mareschalcum Equestris Ordinis ac Deputatos Districtuum horum Ducatuum Curlandiae et Semigalliae, Ordinationis Ejusdem futuri regiminis acceptatio: et pro ejus Confirmatione in proxime futuris Comitijs Generalibus obtinenda humillima ac instantissima imploratio, et manuũ Corũ propriarum Subscriptio. —

152.) Duae Affecurationes super Duabus = pecuniarum Summis in depositum = datarum. — . ~ . — . –

1o) Ego infrascriptus testor praesenti Scripto; quod Illres Domini Supremi Ducatus Curlandiae Consiliarij ad mandatum Czareae Majestatis factum, per Celsissimam Ducissam Curlandiae viduam juxta Celsissimi olim Friderici Wilhelmi p. m. Ducis super 50,000 rubl. datam Quietationem, adhuc conservatarum dotalium Summarum 10,000. rublorum, dico decem millium rublorum, per Ducalem Regestratorem Dñum Langenbein in praesentia Dni Secretarij Stangen, sub hodierna infrascripta data in nostrismet obsigillatis saccis recte extradi fecerint: = et quod eadem ad meas Securas Manus in Arce hîc Mitaviae acceperim. – Quam acceptationem hisce debite quieto. – Mitaviae die 13. Julij 1712. Jaco. de Wesolofski Secret Jnt.

2o) Ego infra scriptus notum facio et recognosco praesentibus: quod Illustres Domini Ducatus Curlandiae Supremi Consiliarij, juxta Illris Dni Baronis de Lovenvolden Czareae Majestatis Jntimi Consiliarij ad prelibatos Dominos Supremos Consiliarios sub dato Riga d. 2. Julij st. vet. Anni currentis ad Czareae Majestatis mandatum emanatum Scriptum, a Celsissima Ducissa Curlandiae Vidua, juxta Celsissimi olim p. m. Ducis Friderici Wilhelmi super 50,000. rublis datam quietationem, adhuc conservatarum dotalium Summarum restem nempe 18,567 rublos, dico octodecim millia quingentos sexaginta septem rubloß 95. kopeikas per Ducalem Regestratorem Dominum Langenbein in praesentia Dni Secretarij Strangen, sub hodierna infrascripta data in nostrismet Russicis obsigillatis Saccis et annexis cedulonibus, recte extradi fecerint. – Quas pecunias simul cum 10,000. rublorum quos die 13. hujus mensis levavi, et desuper a parte quietavi, ex septem bene obseratis vastagijs ad meas Securas manus in Arce hic Mitaviae acceperim. – Quam acceptationem hisce debite quieto. — Mitaviae d. 18. Julij Anno 1712. – Jacob de Wesolowski. — . ~

153.) Literae Baronis de Levenvolden ad Supremos Consiliarios Ducatuũ Cur. et Semig.

Illustres et Generosi plurimumque honorandi Domini Supremi Consiliarij! postquam Czarea Majestas meus Clementissimus Jmperator et Dominus mihi gratiosissime mandavit, de Celsissimae Ducissae Curlandiae Viduae traditis et adhuc conservatis dotalibus Summis a Vris Illribus Dominationibus Supremis Consiliarijs

novem

„ — =novem decem millia Rublorum recipere; sic requiro Eosdem hisce obsequiose, quatenus velint praetacta novemdecem millia Rublorum Domino Intimo Secretario Jacobo Wesołowski ad Illius Quietationem extradere, eaderique in curribus huc Rigam devehi et per Ducalem Equestrem cohortem usque ad Düinam huc deduci facere. — qui de reliquo sum Illustrium et Generosarum Drtnum Vestrarum addictissimus Servus, Baro de Levenwolden. Riga d. 2. July st. vet. 1712. —

154.) Testimonium de accepta certa Summa a Cancellario Keyserling. — . ~.

Quod istas Summas pecuniarias a Commissarij Berner vidua, nimirum aliquid supra duo millia Imperialium Thalerorum, cum meo scitu et Consensu apud Illustrem Dominum Cancellarium Keyserling sub expressa conditione ut illae in obsigillatis Saccis apud Ipsum depositae permanerent, postea a Domino Cancellario curavi recipi: id praesentibus cum propriae manus subscriptione communio et attestor. Mitaviae d. $\frac{18}{29}$ Gbris 1712. — . =peter Bestaussoff Reümer. — . —.

155.) Puncta ratione revisionis Curlandiae adlegato Polonico Chomentowski tractata Anº 1720. d. 22. July, ab Eo et Secretario Puzyna subscripta. — . — . —

Siquidem ad factam propositionem a Sa Ra Mjste, Sacra Carea Majestas ratione Ducatus Curlandiae monstrando amicitiam erga Sacram Regiam Majestatem et Rempublicam Declarat Ducissam et Aulam Ejus ac assistentiam militarem educere; adeoque Illustrissimus et Excellentissimus Dominus Legatus promittit nomine Sae Regiae Majestatis et Reipublicae quamprimum ad hunc Ducatum mittendos Revisores Suos, qui una cum Sacrae Careae Majestatis Revisoribus designatis revideant et inquirant, ratione viduatae Serenissimae Ducissae Curlandiae ac aliarum praetensionum, omnes has causas quam citissime finiant, ut utrique parti satisfiat ratione omnium querelarum et accepti Oberburgrabij Kosciuszko; ac post hanc collocutionem ne in Curlandia Rutheni homines existant, exceptis his qui in bonis Serrissmae Ducissae ob dispositionem fuerint, ad quod tantum Generosus Bestuzef pertinet. — . ~ . — . ~ . —.

=Declaratio data ex Collegio negotiorum Extraneorum Legato Polonico Domino Chomentowski ad punctum ratione Revisionis in Curlandia Anº 1720. die 22. Julij subscripta a Ministris. — . — . — . —.

Significatur singulis, quod punctum ab Illrmo ac Excltmo Drio Legato Plenipotenti ratione Curlandiae propositum a Sacrae Careae Majestatis Ministris acceptatum, et a

Sua

Sua Carea Majestate ratione revisionis admissum. — . — . —

Punctum 3^m ratione Curlandiae.

Propositio Domini Legati Plenipotenti: quod Sacra Carea Majestas absque fundamento se intrudat in Curlandiam; tales Expressiones Sua Carea Majestas non promernit, quia effundendo sanguinem Curlandiam a Suecis liberavit, et receptam provinciam juxta jura belli detinere et possidere potuit: hoc autem uti totî mundo notum non faciens Sacrae Regiae Majestati et Reipublicae in protectionem et Duci in dispositionem reddidit. — Quod attinet dispositionem Serenissimae Ducissae Curlandiae viduae; Principi Prussico desiderabat Suecus Consensum Reipublicae ad eventualem successionem post mortem Ducis Ferdinandi; Sacra Carea Majestas amicabili petitione erga Sacram Regiam Majestatem et Rempublicam hoc tentavit: Cum autem Sacra Regia Majestas ad Suam Caream Mjstem multis propositionibus inclinata ut Principi Weissenfelt Viduata Ducissa Curlandiae nubeat, quem obtento Consensu Reipublicae vivente adhuc Duce Ferdinando in Ducem Curlandiae proclamare et creare promisit, quod originaliter Domino Legato notum factum; quia vero Sacra Regia Majestas hoc post elapsum terminum aliquot mensium non confirmavit, ac aliae causae accesserunt de quibus Domino Legato in Conferentijs praesentibus Ministris dictum; judicavit Sacra Carea Majestas hoc impossibile fore ob immirentes a Republica consequentias. – Intra hoc tempus a Rege Prussiae insinuatio facta, ut Viduata Ducissa nubeat Marggrabio Brandeburgico, cui Suecus omnes praetensiones, quae ad multos milliones extenduntur, Suae Domus Principum et Principissarum cedit ac in Eum transfundit. — . Siquidem nullus Cora Curlandica, quae his praetensionibus onerata sunt, pacifice possidere posset; Sacra Carea Majestas huic inclinata prius volens intelligere mentem Supremorum Consiliariorum et Nobilitatis, propositum est, non esse alium modum evadendi infelicitates, quam ut apud Sacram Regiam Majestatem et Rempublicam supplicando impetrarent Marggrabium cum Consensu eligendum post fata Ducis Ferdinandi in Eventualem Successorem; /: haec tractata sunt inter Regem Prussiae :/ ; quo obtento Consensu tam Carea Majestas quam Rex prussiae Se obligarunt, ut Ducatus sub Duce secundum Constitutiones et Jura antiqua penes protectionem Reipublicae permaneat, nec ullo praetextu abscindi possit, sicut originaliter Dominus Legatus in Conferentijs doctus. — Sua Carea Majestas demandavit Legato Suo Plenipotenti Principi Dolhoruki, ut Sacrae

Regiae

= Regiae Majestati et Reipublicae de tempore hoc proponeret; sed quia Sa. Regia Mjstas et Respublica ad hoc non consenserunt, ideoque desponsatio Illa nullum habuit effectum. — Notum est enim quod Sua Carea Majestas ratione desponsationis in praejudicium Reipublicae nihil tentare voluerit in Curlandia, nec contra jura et pacta antiqua egerit ac tentaverit, minime Ducatum a Republica separare tetet sicut fuit ab Illmo Domino Legato propositum; tantum ut Curlandia sub Duce juxta Jura antiqua conservetur, et quod aliud quod cunque Regimen admittere ob suum interesse non possit. — " — . Dominus Legatus obtinuit a Carea Majestate notitiam Contractus Matrimonialis inter praedictam Ducissam Curlandiae et p. m. Ducem Fridericum Wilhelmum stabiliti de Anno 1710.; juxta quem art. 7. casu quo alte memoratus Dux absque prole fatis cederet, Ducissae in Statu Viduali superstiti convenientia necessaria uti Ducissae destinanda, arx traderida, et 40,000. Imper. quolibet anno solvendi sunt.

= Et si Sacra Carea Majestas, ratione Viduatae Ducissae, per Literas et Legatu uti convenit apud Sacram Regiam Majestatem et Rempublicam, has justas pretensiones exposuerit et satisfactionem quesierit; attamen nihil secutum esse quod praetensiones in magnam Summam creverunt. — Sunt quidem per Collocutiones Supremorum Consiliariorum et aliorum quedam bona Anno 1716. die 6. Maji tradita, ex quibus proventus se tantum ad 9,844. Imperial. annuatim extendunt; ita ut ad multum non corresponderent Summae in Contractu Matrimoniali expressae ob devastata et ruinata bona ac nec Summa illa inde colligi possit: — ideo Sacra Carea Majestas pretendit a Sacra Regia Majestate veram satisfactionem, ac ut ab utraque parte Authorisatae personae descendant, quae hanc causam, non ut inter ambo Regna alterius Regni interesse sit, sed tantum ut particulare attinens Viduatam Ducissam Curlandiae, inquirant et juxta justitiam concludant. — Nam p. m. Dux tanquã Conjunx Serenissimae Ducissae post mortem Suam Suae Ducissae in bonis Suis juxta Contractum Voluntarium Matrimonialem inscripsit necessaria uti supra dictum; quae secundum Ducalem Domesticam rem existere debent absque intrusione Reipublicae exemplum est, quod Sacra Regia Majestas olim Ducis Friderici Casimiri relictae Viduae Dnae Ducissae Socrui Serenissimae Viduatae Ducissae Curlandiae et Semigalliae juxta Contractum Matrimonialem inscripta in Ducatu Curlandiae confirmaverit et reliquerit: Illa etiam hucusque cum Sua

Contradote assignatis vidualibus bonis in Curlandia absque contra= —. dictione disponit, quamvis supra dicta bona ad genus masculinum perti= nuerint, et Ipsa Ducissa in tertium votum transiverit; et absque hoc Carea Majestas non interessat neque interessabit se in Curlandiam, solummodo ta= ntum recipere desiderat a Sacra Regia Majestate et Republica amicitiam, quatenus Duci Curlandiae Ferdinando persuadeant, ut Serenissimae Ducissae Curlandiae ab inito Contractu Matrimoniali una cum provisionibus pro ela= psis Annis uti conclusum in uno satisfiat, ac Illa tam in recompensam ratione convenientium alimentorum et Arcis quam acceptorum mobilium Ducis Friderici Wilhelmi Mariti Ejus uti decet de plano et plene contentetur.

156.) Protestatio Illrmi Dni Kuczborki Eppi ~~Luceori~~ Culmensis a Sa. Regia Mjste et Republica destinati Commissarij, contra Formulam Regiminis Curlandiae.

In conscribenda ea Regiminis formula, etsi multae curae et labores contentio= nesque susceptae a Nobis exantlataeque sunt, nihil tamen nos magis exer= cuit, quam Constitutio articuli de Religionis Catholicae libero in hoc Ducatu exercitio, Calendarioque novo introducendo. — Convenit tamen per multas et gravissimas contentiones ut bini illi articuli ita ut in formula Regiminis descripti sunt sancirentur: qui quidem articuli separatim prius descripti, Illustrissimi Principis Friderici et Mareschalci primorumque Nobilitatis manibus subscripti sunt. —. Caeterum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus Culmensis in articulo eo Religionis qua parte Augus= tanae Confessionis usus et exercitium permittitur, Ordinis Sui et Canonum Sacrorum obligatione prohiberi se assensu asserere, et protestationem eo no= mine scriptam comprehensam, Actis Commissorialibus inserendam obtulit tali exemplo. —. ~. —. ~. —. ~.

Protestatio. —.

Joannes Kucborski DEi et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Culmensis et Pomeraniae, et ad Commissionem Mitaviae in Ducatu Curlandiae et Semigal= liae ex Decreto Comitiali obeundam a Sacra Regia Majestate Domino Suo Clementissimo videlicet Sigismundo Tertio Poloniae Rege inter alios Depu= tatos Commissarius. — Omnibus quorum interest vel unquam interesse poterit, notum testatumque esse quam evidentissime volo. — Cum in id

una

„ — = una cum alijs Concommissarijs meis sedulo incumberim, ut omnia juxta praescriptum Decreti Comitialis atque Instructionis Sacrae Regiae Majestatis transigi ac perfici possent, quae nimirum ad bonum et tranquillitatem Ducatus Curlandiae et Semigalliae, precipue vero ad Religionis Romano-Catholicae liberum exercitium, temporum hominumque incuria contra omne jus et fas hactenus subortum, spectarent; etsi illud tamen per nos Commissarios inductum, stabilitum, formatumque in posterum lege perpetua assentiente Illustrissimo Principe Friderico totaque Nobilitate Curlandica et Semigallica esset; quia tamen eadem Lege, praetextuque quorundam Privilegiorum et Cautionum minus legitime vel potius obreptitie obtentorum, Jus Catholicis ad Suas antiquissimas Ecclesias, Earum dotes, fundationes, provisiones, plenasque libertates, tollitur; immunitas debita Ecclesiarum Ritus vetustissimi Catholici, Jura Patronorum Ejusdem Ritus ad Suas Ecclesias labefactantur; aeque salvum Jus Confessioni Augustanae consiliorum omnium ac Universalis Sacrosanctae Romanae Catholicae Decretis rejectae, damnatae, et anathemisatae, legibusque Regni publicis desertae, una cum alijs Sectis ex omnibus provincijs Ejus dudum explosae, ac verae Romanae Catholicae Religioni adstruit: = Cum autem Confessio Augustana permissa tantum in hoc Ducatu et non approbata ob temporum iniquitatem postea fuerit; ideo huic Legi quoad superius expressa puncta solenniter contradico, prout hoc jam in Publico Consensu Magnificorum ac Generosorum Dominorum Concommissariorum Meorum Illustrissimique Principis et Universae Nobilitatis die 15. Martij feci: eamque in praefatis Clausulis tanquam humanis divinisque Statutis insigniter adversantem, nullius roboris esse posse aut debere constanter affirmo; irritamque et inanem per Sacram Regiam Majestatem omnino decerni debere existimo. ~ Quo nomine omni meliori modo et forma ad Eandem Sacram Regiam Majestatem provoco, soleñitergue contra jam supra enumerata ejus puncta p r o t e s t o r, eam tantum quoad liberum exercitium Religionis Romanae Catholicae ratam et gratam habiturus; ad quam solam praescripto Regiae Mjstis Instructionis stabiliendam, non vero ad ullas Sectas firmandas hic in Curlandia ampla et plena cum potestate una cum alijs Concommissarijs a Sacra Regia Majestate Domino Nostro Clementissimo ablegatus sum. -

Quę

Quae mea protestatio tanquam Juri, equitati consentanea, verogue Cultui Divino cum primis in hoc Ducatu proficua, ut ad Acta Commisso-
rialia ad perpetuam rei memoriam inscripta ac inserta sit, prout id
justum et aequum est, majorem in modum a Magnificis ac Generosis
Dominis Concomissarijs peto, et pro Jure meo efflagito. — . ~.

157.) Copia Listu do Jmpana Wojewody Pod-
laskiego Hetmana Wielkiego Koroñego
od Commissyi Kurlandzkiey. —.

Kiedy różnemi y gwałtownemi przegrózkami, na przeszkodzenie Nam
Exekucyi prawa y woli Rzeczypospolitey, Sąsiedzkiey a jeszcze skolligo-
wanej potencyi zamachami, niedaliśmy się odstraszyć; a gloria obsequij
publici y już szczęśliwie za pomocą Supremi Numinis ugruntowaliśmy
tę Prowincyą per renovatos nexus y Eventualną onej ordynacyą w powin-
nej Jego Królewskiey Mości Panu Naszemu Miłościwemu y Rzeczypospolitey
Subjekcyi; y nierozerwanej jedności: = Więc wnosząc partem ztąd solatij
nostri Wmmpanu z należytą od Nas wszystkich weneracyą y winnym po
dziękowaniem, żeśtak liczną y ozdobną walecznego Rycerstwa utriusque Au-
thoramenti Aktowi Naszemu assystencyą; Upraszamy wielce Wmmpań
abyś Obsidem Tey Prowincyi Jmpana Medema, z tey którą dotąd rationes Status
suaserunt detencyi, uwolnić raczył, y Onemu wolny ad propria pozwolił
regress. — Co że Jego Królewska Mość Pan Nasz Miłościwy pro rato et grato
mieć będzie tymaymniey niewątpiąc, to indelebili zapisujemy charactere,
że jesteśmy z partykularną estymacyą y obserwancyą etc. — . -

158.) Traduction de la Lettre de Mr le Comte de
Saxe aux Conseillers de Courlande du 8.
d'Août 1727. — traduite de l'Allemand. ~.

Messieurs! Par la presente Lettre, j'ai voulu Vous notifier mon retour
dans ces Duchés, où je me fais un devoir et un contentement de remplir
les conditions de Nos engagements mutuels. — J'ai employé mon absence
aux Soins de votre Conservation: et Vous avec l'Ordre Equestre pouvez
etre assurés, que meme plus en-avant Ma plus grande occupation aura
toujours le meme objet; puisque je ne cesserai jamais d'etre,

Messieurs

„ — „ = Messieurs, Tout-à-vous. Maurice de Saxe. — . —

159.) Copia Listu Xcia Jmci Prymasa do Xcia Jmci Biskupa Warmińskiego, w Lowiczu d. 1. Augusti 1727. — .

Dawnom sobie był ułożył pisać do Waszey Xięcey Mości, nietylko dla podziękowania za dobrą Jego pamięć, z którą Mi się jeszcze wcześnie przed wyjazdem Swoim do Kurlandyi odezwał; ale też dla oddania tey Mu Weneracyi, którą magno nomini Waszey Xięcey Mości, y niepoorownaney Jego godności powinienem: alem się utrzymał y umyślnie, chcąc to utrumque Officium złączyć zaraz cum Votis, y przesłać Je Waszey Xięcey Mości na sam ten czas kiedy się właśnie albo zabierać będziesz ad gressus, albo też już quo te meri pedes et quo via ducit in Urbem. — Do czego, gdy już teraz nieoctybrie przychodzi, czynię to wszystko Waszey Xięcey Mości in effectu; com miał in affektu: y życzę Mu abyś zaczynająca się czyli już zaczętą podróż, mając przy Sobie Dos viales kontynuował zdrowo y szczęśliwie tam stanął dokąd podjąłeś się Jey ochotnie dla Ustugi y wygody publiczney. — Musisz Waszą Xięcą Mość już bydź w tym informowany, w czym ja jestem tak od Jmci X.ca podkanclerzego Koronnego jakoteż z innych moich Korrespondencyy uwiadomiony, iż Graff Moritz fons tych kłótni y intryg, których uspokojenie pendet sub manu Waszey Xięcey Mości, był w Saxonij w tym nawet mieyscu gdzie natenczas rezydował Król Jmć; miał tam mieć słyszę viva consilia przez Jchmcpanow Podkomorzego Koronnego y Grafa Waldorfa ażeby zapomniał o Kurlandyi: nic na to nieuważał; y owszem zły extowiek peten ambicyi y dumy wybrał się prędko in vias Suas, y zbiegł był do Gdańska już w ludzi y officyerow variae Regionis dobrze przybrany: tam uzbroiwszy się w procty, ołowie, y inne amunicye, ambarkował się na dwa Baty y popłynął morzem ku Rydze dążąc do Kurlandyi, y tam ma osieść w Libawy y czekać Wmpanow idących z Commissya. — Ten Jego szalony y niepomiarkowany postępek, nieczyni Mi nietylko postrachu ale żadney wątpliwości o spokoynym y pięknym zaczęciu się Kommissyi: bo chociaż nadął się y nadstawił Italus imbellis, jednak niepodobna aby mógł szkodzić y oprzeć się siłom Wmpanow: gdyby się chciał rzucić ad extrema, jeżeliby Go zkąd inąd nie poparły Suffragia. Ośmset ludzi które On tam ma mieć, mało to jest:

Kurland

Kurlandczykowie którzy są jeszcze w fakcyi y jedney z Nim myśli = —.
mniey pomoga kiedy między nimi samemi dissoni sensus; ponieważ ledwie nie
major pars populi, to cokolwiek Status temerarie et inconsulte uczyniły, re-
probat et rejicit post se. — A dotego dufam Samym Wmpanom, których Rzecz-
pospolita Electos ex millibus wysadziła ad hoc opus, że potraficie doskonale
omni consulere malo przy Benedykcyi. y Wielkiey radzie Samego Waszey Xię-
cey Mosci Praesidentialem tam Authoritatem reprezentującego: dodа y Pan
Bóg Spiritum Sapientiae et fortitudinis do złamania y zniszczenia tey Im-
prezy furentis Geloni, widząc oczywistą Rzeczypospolitey krzywdę y sprawie-
dliwość. — Jakie jednak tey Wmpanow Commissyi już na samym mieyscu bę-
dą initia, proszę Waszey Xięcey Mości ażebyś mię raczył informować: Ja też
wzajemnie z Konferencyy przyszłych naszych w Warszawie quæ fecerimus
et statuerimus przesyłać Jemu punktualnie nieomieszkam. — A teraz ży-
cząc tey zakończenia w Kurlandyi pracy cũ gloria et plausu, zostawa cele-

160.) Copia Literarum a Celsmo Duce Cur-
landiae ad Clmum Principem Epum
Varmiensem. Gedani 8. August. 1727.

Cum Celsitudo Vestra dignata sit in Literis die 30. Julij ad Me datis, Manda-
tarijs meis omnem securitatem et in promovendis negotijs meis Libertatem promi-
ttere, pro qua benevolentia Summas Celsitudini Vestrae et ago et habeo gratias;
non intermisi Mandatorios quosdam constituere, et plenarie Eosdem ut Juribus
meis pro aequitate et justitia invigilent negotiaque mea promoveant instruere.
Lubentissime et Ego Ipse in persona adfuissem: sed cum nullam plane habeam
custodiae guardiam; non video qua ratione, cum Comes Mauritius militibus
hinc inde conductis intutos Ducatus meos reddat, securus Eosdem intrare pos-
sim. — Interim tamen et adhuc, dum si sufficiens Mihi a Dominis Commissa-
rijs ordinabitur satellitium aliàs Escorte, Ipse in Ducatibus Meis adesse non
intermittam. — „ —. Ex Curlandia etiam scribitur, Comitem Mauritium in loco
quodam ad defensionem opportuno pedem fixurum et quasi propugnaculum ibidem
munituum esse. — Sed cum dictus Comes nullum in Ducatus Meos habeat Jus,
multominus Eidem ut terras meas fodiat, muniat, et armatos ibidem introducat
licitum sit; /: sicuti ad inobedientes et pertinaces meos Consiliarios et Nobilita-
tem, singulosque Incolas scripsi, ne ingressum Eidem nec habitationem permittant
aut quocunque modo succurrant:/ ; peto obnixe, ut tenore Constitutionis ab omni-
bus Illustrissimis et Illustribus Dominis Commissarijs media adinveniantur, quò

sine

—"— = quo sine mora Ducatus meos derelinquere et ex Jisdem penitus emigrare cogatur, itaque Securitas Ducatibus eMeis restituatur. ~ Coeterum Celsitudini Vestrae iter apprecor faustissimum, bonamque valetudinem, nec non omnigenam prosperitatem; et eMe Curaque mea de meliori commendo, continuationeq̃ quoque benevolentiae Celsitudinis Vestrae omni observantia eMihi exopto, constantissime permanens Clstdis Vrae etc. Ferdinandus Dux Curlandiae. —.

161.) Copia Listu od Jmcp. 88wdy Polockiego Het. pol. Lit., do xcia Jmci Biskupa 88armińskgo w Obozie pod Lyzmorami d. 18. Augusti 1727. Roku.

Dotąd będąc incertus dla tak wielkiey drogi y dla różnych trudnosci, żebym mógł był na termin przez List 88aszey xięcey Mości Dobrodzieja intymowany, ad consortium usługi publiczney zjechać do Keydan, nieodzywałem się eMu; teraz stanąwszy naprzod w 88ilnie przed kilka dni, y przez dzień tylko jeden zkoncertowawszy wyprawę partyi 88oyska 88. xstwa Litt. in afsistentiam Commissyi naszey juxta dispositionem Legis z Jmcią Panem 88ojewodą 88ileńskim Kollegą moim Starszym, s: w którymem z wielką po publico Satisfakcyą, omnem która tylko desiderari mogła znalazł promptitudinem pro munere Suo do usługi w tym publiczney, et zelum ad afsertionem prowincyi kurlandskiey Reipublicae :/, żeby to zaś tym prędszy y pewnieyszy wzięło skutek, y żeby pro termino Commissyi nieuchybiła pomieniona partya 88oyska naszego stanąć in vicinia debita od nas ad usus publicos juxta exigentiam konjunktur, ile kiedy ten nasz intrusus Praetendens znayduje się actu w Kurlandyi; umyślnieśmy tu wraz z Jmpanem Kollegą naszym do Obozu dnia wczorayszego zjechali: przez dziś się 88oysko wybiera, a jutro się przed nami popisze, y zaraz się partya destynowana ad afsistentiam nostram ruszy; y Ja także zapewne we srzodę w Keydanach stanę niemogąc absolute prędzey dla wzwyż wyrażonych racyy. — Bardzobym rad jeszcze tamże zastał waszą Xięcą Mość Dobrodzieja dla koncertowania premittendorum przed przybyciem naszym do Kurlandyi. — Jedzie ze mną trzech Jchmcpanow Collegow naszych, to jest: Jmpan Starosta Lidzki y Jchmcpanowie Pułkownicy Krasiński y Eperyeszy: sufficiet jeszcze czas, choćbyśmy się w piątek ruszyli z Keydan, stanąć nam pro Termino w Mitawie, byle tylko dla ufundowania Jurisdikcyi na tym dniu: a wymykać się też, kiedy jeszcze afsystencya 88oyska obudwu partyi tak Koronney jako y Litewskiey na zadzie, non convenit: pośpieszę Ja żebym nieomylnie na Srzodę stanął, et totum Me impendã

usłudz

usłudze publiczney pro viribus meis, sociando prawdziwą y szczerą = —. Applikacyą opellam meam magnis Conatibus waszey Xięcey Mości Dobrodzieja, et pro regula zawsze mając wielkie zdanie Jego, którego distinctissimo cultu et respectu zawsze prosequendo, Łascę się usilnie rekommenduję etc. —.

162.) Copia Listu Jmcipana Hetmana Pol. Litt: do Xcia Jmci Biskupa Warmińskiego, w Pożaysku dnia 20. Augusti 1727. Roku.

Skorom stanął za wczorem w obozie, dokądem krom przywiązaney ad Ministerium meum powinnosci naybardziey dla tego jechał, żebym partyą woyska ad assistentiam Naszey Commissyi jako nayprędzey ruszył; zarazem się Waszey Xcey Mosci Dobrodziejowi z powinną odezwał weneracyą przez umyślnego zawczorem jeszcze wyprawionego do Kieydan, kędym pragnął zastać waszą Xięcą Mci cum intentione et firmo proposito żebym tam był dziś stanął: ale z Listu Waszey Xcey Mosci który dziś mam honor odbierać widzę, żeś Wasza Xca Mci wprzod ruszył z Kieydan niż móy umyślny tamże z pomienionym Listem stanął. — Zbierać tedy, venerabunde y jako nayśpieszniey można, będę vestigia Waszey Xięcey Mości Dobrodª, y nieomylnie w Sobotę w Janiszkach, jeśli nie można będzie prędzey, stanę; et sociabo vilem opellam meam Wielkiemu y godnemu Staraniu Waszey Xcey Mości usłudze publiczney. — Interim te postrachy od Moskwy które czytam in Communicatis od Was. Xcey Mci, tegom jest rozumienia, że firma et Virili resolutione Nostra ad exequendam Legem reprimentur. Ja et propter publicum obsequium y dla Osoby Was. Xcey Mci Samego, którego zawsze distinctissimo veneror cultu et particulari propensione do niego feror, totum Me usibus et dispositioni Jego impendam; a teraz się Łascę Waszey Xcey Mci, którą inter praecipuas sortes szczęścia mego ważę, jako nayusilniey rekommenduję y jestem perenni cultu et veneratione etc. —. —.

P. S. —. Dziś się partya woyska naszego piękna y porządna pod Kommendę Półkownika mego Hussarskiego rusza z Obozu y póydzie, takżeśię pro Terno Comissyi na Granicy Kurlandskiey pod Janiszkami znaydować będzie: —. —.

163.) Copia Listu Jmcp. Wwdy Połockgo Het. pol. Litt, do Jmcp. Kanclerza W. K. z Mitawy 28. 8bris 1727.

Wiem żeś Wmmpan miewał dotąd od Xcia Jmci Warmińskiego MMpana y od Jmpana Pisarza Dekretowego exactam relationem Actorum et agendorum na tuteyszey Naszey Commissyi: zaczym tylko przepraszam Wmpana za omieszkanie moje żem się Mu

dotąd

= dotąd powinną ztąd nieodezwał weneracyą: czego naywiększą racyą nietylko ustawiczność zabaw w ustudze publiczney et in applicatione Muneri nostro, ale importuniey y za nią idącey subijekcyi, tak że niemożna bydź Panem czasu swego. = Jmpan Referendarz Koronny Mćpan, który Nam tu wielką pomoc Osobą swoją przyniosł na samą pracę układania et ordinandi futuri post devolutionem Regiminis prowincyi tuteyszey, kommunikował Mi Listu Swego który tąż pocztą pisze do Wmpana: więc jako wszystko należycie et abunde wyraża, cośmy tu zrobili y daley robić intendimus, tak się na niego referuję. — Nas do formowania hac methodo projektu ad approbationem Rzeczypospolitey, jako Jmp. Referendarz wyraża, determinowały te reflexye: = naprzód, żeby dobrawszy tak mocny y solenny Jnstrument a Statibus Tey prowincyi immediatae Subjectionis suae Rzeczypospolitey post sterilia fata teraźnieyszego Xięcia, wprowadzić ją przez ułożenie y umówienie mutuo assensu tego projektu, in effectivam lubo Eventualem Executionem pomienionego immediatae Subjectionij Rzeczypospolitey Jnstrumentu: zwłoka bowiem w tym zdałaśiż periculosissima, przy interessowaniuiąc tak przykrym y otwartym potencyi Moskiewskiey in contrarium; żeby po Odjeździe Naszym kiedybyśmy res indeterminatas zostawili, fakcyy na wywrócenie nostri operis tym szkodliwszych nierobiła inter incolas; ile kiedy et Status tuteysze zaraz śiż, dawszy tę Assekuracyą immediatae Subjectionis, z tym oświadczyły et enixe o to upraszały, żeby z nimi ułożyć futurum Regimen a w nim certitudinem sortis Jllorum obawiaiąc śiż y suspikuiąc, żebyśmy uchwyciwszy do Nich to co pro securitate nostra należało niezrobili z Nimi na Seymie lub tym co następuje lub dalszym którymkolwiek co z Jnflantami y z niemiż Samemi zrobiła Rzeczpospolita sine Jllis de Jllis Konstytucyą 1589ta; a to Jch naybardziey terrebat, że ta Constytucya cytowana w konstytucyi ostatniego Seymu, którą nasza do Nich ordynowała Commissya: niemożna Jch tedy było sine evidenti periculo fakcyi postronney tym szkodliwszey przy gotowym a tak pozornym pretexcie w tym strachu y suspicyi zostawić.

= Staramysiż żeby wszystko było cum manutentione Supremi, immediati et utilis ile można Dominij nad tą prowincyą Majestatis et Reipublicae; y żeby ią wiecznie y nieoderwanie Rzeczypospolitey asserere, z tym pewnieyszą nadzieią, że śiż to dzieje nietylko sub praesidentia Xcia Jmci Warmińskiego Dobrodzieja, ale magno consilio et indefessa opera Jego osobliwą prowidencyą Boską ad hoc opus

destyn-

destynowanego, z wielką nas wszystkich operantium obsequium pub= —.
licum sub tanto Praeside a osobliwie też Moją satysfakcyą: ta zaś moja
będzie naywiększa, kiedy Wmpan jednostaynie na Mnie będziesz Łaskaw y wy-
perswadowany że nikt distinctiori cultu y prawdziwszą przyjaźnią bydź nie
może, jako Ja jestem etc. — — — — —

164.) Respons na Ten List od Jmpana Kanclerza
Wielk° Koron° z Kupisk d. 9. 9bris 1727. Rok:

Dziękuję uniżenie Wmmpanu za Łaskawe odezwanie Mi się 28. przeszłego Mie-
siąca. — miewałem chociażci spoźnione dla nieregularney poczty, ale dostatecz=
ne relacye Actorum na chwalebney y wiekopomney Wmmpanow Commissyi. —
Dziękowałem Majestatowi Boskiemu y dziękuję, że przez osobliwą prowidencyę Swo-
ją dał wmpanom zacnym y godnym Commissarzom fortitudinem prudentiae conju-
nctam in executione włożoney na nich funkcyi; oddaję powinne y samemu W
